R-6338

# ADDITIONES AD COMMENTARIA DOCTISSIMI ANTONII GOMETII IN LEGES TAVRI.

*Per Doctorem Diegum Gometium Cornejo eiuſdem authoris nepotem, Primariæ iuris Cæſarei Cathedræ in celebri Oſſunenſi Academiæ præfectum, & pro clariſſimo Duce de Oſſuna iudicem in cauſis appellationum.*

28.



CVM PRIVILEGIO.

*SALMANTICÆ,*

Apud Ioannem & Andream Renaut, fratres.

*M. D. XCVIII.*

Expenſis Didaci Cadima de la Torre.

del Collegio dela Comp. de Ihs. de Granada

R-6338

# ADDITIONES AD COMMENTARIA DOCTISSIMI ANTONII GOMETII IN LEGES TAVRI.

*Per Doctorem Diegum Gometium Cornejo eiuſdem autheris nepotem, Primariæ iuris Cæſarei Cathedræ in celebri Oſſunenſi Academia præfectum, & pro clariſſimo Duce de Oſſuna iudicem in cauſis appellationum.*

28.



CVM PRIVILEGIO.

*SALMANTICÆ,*

Apud Ioannem & Andream Renaut, fratres.

*M. D. XCVIII.*

Expenſis Didaci Cadima de la Torre.

del Collegio dela Comp.ª de Jhs. de Granada

*Suma del priuilegio Real.*

Concedio la Mageſtad del Rey don Phelippe nueſtro Señor al doctor Diego Gomez Cornejo, Cathedratico de prima de la facultad de leyes en la Vniuerſidad de Oſuna, que por eſpacio de diez años ninguno ſin ſu licencia pueda imprimir ni vender eſtas Addiciones a la gloſſa que ſobre las leyes de Toro compuſo el doctor Antonio Gomez, Cathedratico de Viſperas de leyes en la Vniuerſidad de Salamanca. Sopena que el que lo contrario hiziere incurra en las penas del priuilegio, que fue dado en Madrid, a veynte y ſeys dias del mes de Deziembre, de mil y quinientos y nouenta y ſeys años.

## ERRATAS.

Pag.2.col.1,lin.25.laboratis leg.laborat,&c.lin.16.perpetuis.l.perpetuo.p.3.col.1.lin.18.tantus.l.tantorum.p 4.col.2.lin.11.conſil.l.cunſul.p.15.col.1.lin.34.meus condiſcipulus.l.meum condiſcipulum.lin.39.deſeruiens.l.deſeruienté.col.2.lin.38.de padre.l.de parte.p.25.col.1.lin.36.tranſmutatur.l.trãſmittatur.p.29.col.1.lin.6.7.abortibus,ſuccederet parentiuus.le.abortiuus ſuccedere parentibus.p.36.col.1.lin.6.lud.le.illud.p.42.col.2.lin.9 centiatus.l.licentiatus.p.53.col.1.lin.36.alienis.le.alienationis.lin.39. ſpecialis ꝗ.le.ſpecialiter que.lin.43.cauſauit que.le.ceſſabit que.p.58.col.2.lin.5.num.3.l.nu.65.p.59.col.1.lin.17.factus.le.factas.p.76.col.2.lin.2.annæ.le.annuæ.p.89.col.2.lin.38.præter.le.propter.p.95.col.1.lin.28.frequentatiori.le.frequentiori.p.101.col.2.lin.35.lupariari.le.lupanari.p.103.col.1.li.antep.decet.le.docet. col.2.lin.25.interruptiones.le.interruptione.

Con eſtas erratas, eſtan correctas eſtas Additiones ad Anton.Gomez in ll. Tauri.conforme a ſu original. En teſtimonio de lo qual lo firme. En Salamanca, oy 25. de Febrero 1598.

El corrector, &c. *Manuel Correa de Montenegro.*

# EXCELLENTISSIMO ATQVE AMPLISSIMO Principi, D. Petro Tellez Gyron Oſſunę Duci, Marchioni de Peñafiel, Comiti Vrueniæ, Domino de Moron, Archidona, &c. Didacus Gomezius Cornejo legum Primarius in Oſſunæ Academia doctor, & eiuſdem Principis Triumuir prouocationibus iudicandis. S. P. D.

*SÆPISSIME videmus ita natura eſſe cõparatum, vt à maioribus in poſteros non ſolũ rei, ſed voluntatis etiã hæreditas perueniat. Cuius generis exemplum ne aliunde quæramus, cum in manibus ſit, concede quæſo, Excellentiſsimè Princeps, vt à te ſumã. Heroicæ iſtæ virtutes tuæ, in quas natura inclinas, & præcipue liberalitas, & magnificẽtia, quæ ita notæ ſunt, vt maleuolus qui eas nõ laudet potius, quam aſſentator, qui laudibus extollat, merito exiſtimetur, quis non videt ab excellentiſsimis illis heroibus maioribus tuis ad te quaſi hæreditatis iure perueniſſe? Vere, vt eleganter mihi ceciniſſe videtur horatius.*

Fortes creantur fortibus: & bonis,
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces,
Progenerant aquilæ columbam.

*Atq; ſi magnis componere parua fas eſt, idem in me ipſe experior, qui Antonij Gomezij clariſsimi Iuriſconſulti nepos pari voluntate, facultate diſpari in eadem, in qua ille, ſtudia tota mente, omniq; animi impetu feror. Cumq; nihil ſit, quod ad ſe rem vllam tam alliciat, tam trahat, quam ad actionum imitationem naturæ, morumq; ſimilitudo: effectum eſt, vt tu qui glorioſis maioribus tuis ſimillimus es, Antonium Gomezium auum meum, quem excellentiſsimus attauus tuus multis beneficijs olim ornauit, eundem nunc denuo in me nepote cohoneſtes: & ego aui mei doctiſsimi viri ſtudia æmulatus, eiuſq; veſtigia ſecutus, eadem iuris ciuilis illuſtrandi cupiditate haſce meas lucubrationes in lucem emittam. Tu me in celebri tua Academia Oſſunẽſi Primarium legum doctorem eſſe voluiſti, Triumuirum prouocationibus iudicandis in ampliſsima tua ditione creaſti: quæ*

¶ 2 cum

*cum recordor, & ſi ad vnguem me totum exploro, interdum mihi aliquid eſſe videor, quod tuo grauiſſimo iudicio ornatus ſim. Ego aui mei libros quos fere nūquā de manibus depono, additionibus, & explicationibus in communem ſtudiorum vtilitatem augere, & illuſtrare contendo. Et quemadmodum ille cum Salmanticæ ius ciuile ſumma cum laude doceret excellentiſſimo Duci D. Ioanni attauo tuo inſcriptos, atq; dicatos commentarios ſuos miſſit: ſic ego ex hac tua Academia haſce additiones in eius ad Taurinas leges commētarios cum tui nominis inſcriptione diuulgo. Nec vereor ne hoc conſilium meum omnibus æquis iudicibus approbem, cum ſi ſecus factum à me eſſet, ingrati animi notam effugere nequiſſem, addo etiā impietatis, cum aui mei manibus iniuriam facere viderer, qui librū eius, & labores meos in alio nomine emitterem: cum excellentiſſimæ familiæ tuæ ille multum, ego omnia dubio procul tibi debeam. Accipies excellentiſſime Princeps hæc, quantulacunq; ſunt, quæ tibi mittimus ea, qua ſoles, benignitate; quo ſpero fore vt ad alia multa pari fide, & diligentia elaboranda beneficio tuo excitemur. Vale.*



# ADDITIONES AD COMMENTARIA DOctiſsimi Antonij Gometij in leges Tauri.

*Per Doctorem Diegum Gometium Cornejo eiuſdem authoris nepotem, Primariæ eiuſdem authoris Cæſarei Cathedræ in celebri Oſunenſi Academia præfectum, & pro clariſſimo Duce de Oſuna iudicem in cauſis appellationum.*

## *Additiones ad legem tertiam.*

DE huius l. materia & interpretatione, præter ordinarios, vide Gutierrez in quæſtionibus ſuis lib. 2. cap. 35. 36. & 37. Matiençum & Azeuedum in dict. l. 2. titul. 4. lib. 5. Recopil. Mieres in tractat. maioratuum. 1. par. q. 48. num. 9. fol. 168. Molinam de primogenijs lib. 1. num. 24. fol. 95. Menchacam de ſucceſsionum creatione. §. 17. lib. 2. num. 89. & lib. 3. §. 21. nu. 21. & lib. 2. §. 11. num. 19. & lib. 1. §. 10. num. 91. & lib. 3. §. 21. num. 70. & lib. 2. §. 14. num. 112. Spinum in ſuo ſpeculo teſtamētorum. 2. par. gloſſæ Rubricæ. num. 32. & 7. par. gloſſæ Rubricæ, num. 4.

A * D numer. 5. ibi.) Pubes vero & cetera, imo & quod plus eſt curatore inuito & reluctāte puberem teſtari poſſe etiā de rebus immobilibus tenent Marſilis ſingulari 465. Alciat. in. l. verba cōtraxerūt. ff. de verb. ſignif. Guillelmus Benedictus in cap. Raynuntius verbo adiectæ impuberi, num. 90. de teſtam. Tiraquellus in l. ſi vnquam. verbo donatione largitus, num. 204. de reuocand. donatio. quod etiam in donatione cauſa mortis facilius obtinere credimus, cum liberius faciliusque reuocari poſsit quam teſtamentum nempe ſola pœnitentia. §. 1. inſtit. de donat. l. fin. tit. 4. part. 5. l. non omnis. ff. ſi certum petatur, teſtamentum autem nō reuocatur niſi per aliud æque ſolemne. §. ex eo autem ſolo inſt. quibus modis teſtamen. infirmentur, Tiraquel. de l. cōnub. gloſſ. 5. num. 73. tradit Matiençus in l. 1. gloſſ. 10. titulo 4. libro 5. Recopil. num. 5. & 6. & in l. 7. titul. 10. lib. 5. gloſſ. 2. numero 31. ad fin.

* Ad eundem numer.5.in fin.ibi.) Tamen bene poterit teſtari. Eandem hanc ſententiam tenet communemque teſtatur Menchaca lib. 1. cõtrouerſiarum vſu frequentium cap.22. num. 13. Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. part.cap. 13.num.4. & nouiſsime Spinus de teſtament.5.part.gloſſæ Rubricæ, Matiençus in l.2.titul.3.gloſſ.1.num.3.libr. 5. Recopil. Tiraquellus de lege connubil. gloſſ.5. numer.93. Caſtillus in l.55. Tauri.num.4. Azeuedus in l.4.titulo quarto.libr.5. Recopilat.

* Ad eundem numerum ibi.) Furioſus qui perpetuo morbo laboratis, furioſum perpetuis morbo laborantem teſtari prohiberi multis relatis, comprobat Spinus de Teſtamen.gloſſ. 10. Rubricæ per totam vbi etiam late agit vtrũ matrimonium contrahere poſsit.

* Ad numerum 13.ibi.) Item prohibetur monachus, &c. An autem teſtamentum à monacho factum profeſsione confirmetur, vide per Matiençum in l.17.gl. 6.num.1.lib. 5. Recopil. & vtrum monachi qui non ſint ordinis Diui Franciſci poſsint facta profeſsione teſtamenta ante religionis ingreſſum confecta reuocare, docet Couaruuias de Teſtament. cap. 2. numer. 9. Angelus in l.1.ff.de teſtament. Rubeus conſil. 155.columna final.qui indiſtincte non poſſe teſtamenta reuocare tenent, Iaſ.vero in auth.ſi qua mulier numer.27.Decius in cap. in præſentia num. 68.de probationib.& Veroius ibid.num. 537.Abb.in dict. cap. in præſentia nu. 61. Francus in Rubrica de teſtamen. in 6.numer.11. diſtingunt vtrum monachus teſtamentum reuocare voluerit ad inſtituẽdos filios ſeu monaſterium vel omnes ſimul quo caſu teſtamentum poſſe reuocare exiſtimant moti ex authentica ſi qua mulier C.de ſacroſanct.Eccleſijs, qua docemur poſſe monachum poſt profeſsionem inter liberos teſtari, alias autem nullatenus teſtamentum ante profeſsionem factum reuocare poſſe monachum affirmant idque nouiſsime defendit Spinus in ſuo ſpeculo Teſtamentorum, fol. 152. Velazquez de Auendaño in l. 17. Tauri in principio. Contrariam tamen ſententiam, ſcilicet, monachum indiſtincte teſtamentum ante profeſsionem factum poſt factam profeſsionem poſſe reuocare defendunt Bartolus in dicta authent. ſi qua mulier.C.de ſacroſanct.eccleſ. numero 14. & ante eum, Bellapertica ibidem columna 2. verbo, ſed pone ingreſſum monaſterium poſſe mutare ſemel vis, & tertio & ſæpe teſtamentum per ſe ante ingreſſum factum quia ingreſſus monaſterij non facit eum naturaliter mortuum, ideoque de ambulatoria debet eſſe eius voluntas vſque ad mortem naturalem, idem Bartol.in l.ſed ſi mors.ff. de donat.inter virum, idem in l. 1. de teſtam. & in tractatu minoricarum lib. 4.cap. 3. in fin. Aretinus in l. 1. de teſtament. numero 5. Cinus in dicta authentica ſi qua mulier in fin. Salicetus ibidem numer. 13. Baldus 9. Roſellus in repetitione dict. authenticæ ſi qua mulier.num.final.ibi, nam potuiſſet etiam poſt ingreſſum reuocari qui contrarium tenuit in l. 1. ff. de teſtament.num.13.in verbo, ſi autem eſſet profeſſus id etiam tenet Decius in dict.cap.in præſentia, numero 68.in fin. diſtinguens quod aut inſtituit. 1. extraneũ, & poſtea vult reuocare vt inſtituat liberos vel Eccleſiã, & poterit aut inſtit. 1. liberos & nõ poterit idẽ tenet Pariſius ſine hac diſtinctione, ibidem nu. 160. Boerius num. 537. Angelus de Clauaſ.in ſua ſumma, verbo, religioſus, numero 60. Paulus de Caſtro in dicta authentica ſi qua mulier, num.5. Fulgoſius ibidem numero 33.& 26. & licet Abb.in dicto cap. in præſentia, num. 61. videatur affirmare contrarium, tamen id ſe dicere fatetur veritatis inueſtigandæ gratia & ſic non firmat pedem vt aduertit Tiberius Decianus qui hoc idẽ conſuluit conſilio 31. libro tertio. contra communem eſſe hanc opinionem aſſerens tam Canoniſtarum, quam Legiſtarum,



rum, ideoque & iudicando, & conſulendo ſequendam, quam opinionem de iure Regio videtur probare l. 17. infra in his legibus Tauri, vbi teſtamentum vſq; ad mortẽ reuocari poſſe diſponitur quẽ de naturali morte intelligendũ eſſe teſtãtur ibi ſcribẽtes hancq; eandẽ ſentẽtiã tenet Simon de Prætis de coniecturis vltimarum voluntatum, fol. 157.ſolut. 8. numer. 5. Socinus conſil. 13. hanc eadem ſententiam tenet Tellus Fernandez in dicta l. 17. Tauri.num.6. Burgos de Paz in l.3. 1.par.num.687.in legibus Tauri, Matiençus in l. 1.libr.5. titul. 4. nouæ Recopilat. gloſſ.3.num.4.vbi communem dicit Rodericus Suarez allegatione 20.fol.184.ad fin. A qua ſententia iudicando & conſulendo recedere non auderem propter tantus virorum autoritatem licet contraria in puncto iuris verior videatur.

* Ad numer. 14. ibi. ) Item prodigus teſtari prohibetur cui bonis interdictum eſt, &c. Id etiam tenet Menchaca de ſucceſſ.creatione cum multis quos refert & ſequitur. §.13.num.58.Spinum in 10.par. Rubricæ ſui ſpeculi Teſtamentorum in num. final.

* Ad numer. 15.ibi. ) Item quæro an excommunicatus poſsit teſtari, &c. Licet controuerſum vtrum excommunicatus teſtari poſsit, tamen obtinuit tandem excommunicatum poſſe teſtari prout dominus meus Gomezius hic tenet, tenet etiam Iulius Clarus lib. 3. ſententiarum. §. teſtamentum, quæſt.24. Rojas de hæreticis ſingulari, 62.& 186. Dueñas in regula 272. pro qua ſententia facit, quia omnes perſonas teſtari prohibitas enumerat gloſſ.in §.final.inſtit.quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, & 18. perſonas quibus teſtandi facultas prohibetur enumerat. Abb. in Rubrica de teſtament.numero 3. & l. 13. cum ſequentib. titulo 1.par.6.inter quas non connumeratur excommunicatus, ergo nec prohibitum eſſe tenendum eſt, & hanc ſententiam defendit Tellus in l. 4. infra his legibus, numero vigeſimooctauo.

* Ad num.15.ibi.) Vbi habetur quod vſurarius non poteſt teſtari, &c. Vſurarius manifeſtus teſtari prohibetur, niſi præſtita ſatiſdatione de reſtituendis vſuris, cap.quanquam §. vltimo de vſuris in 6. tradit Matiençus in l.7.titul. 10. gloſſ.2. numero 35.gloſſ.& Doctores in dict. ca. quamquam, Couarruuias lib.3. reſolut. cap.3.numer.9.& in Rubrica de teſtam. 3.part. quæſt.11. Nauarrus in principio de pœnitentia numero 5. & 92. cum ſequent. Spinus de Teſtament. 10.part.Rubricæ, num.24.

* Ad numer.16. ibi.) Et breuiter dico, quod ſi ſimul eodem morbo laborat, quia eſt mutus & ſurdus à natiuitate non poteſt teſtari, &c. Idem tenet Spinus alios allegans in ſuo Speculo, gloſſ.9.numer. 1. & per totam, & mutum & ſurdum obligari poſſe tenet Gregorius Lopez in l.2. verbo, morieſſe, titul.11.par.5. idemque docet dominus meus Gomezius lib.2. Variarum, cap.14.num.29. Azeuedus in l.2. titul.16.lib.5. Recopilat. quod tamen intelligendum fore cenſent dum à natura non ſint muti & ſurdi, ſed quoties ex accidenti his tales morbi contigerunt, quia alias cum ſubſtãtiam actus minimè poſſint percipere nec intelligere obligari nequaquam poterunt, & an poſsit mutus & ſurdus in maioratum ſuccedere vide per Molinam de Hiſpan. primogenijs lib. 1. cap.13.num.40.& vtrum poſsint matrimonium contrahere tradit Couarruuias in 4.part.2.cap.4. in principio. & Spinus vbi ſuprà.

* Ad num.17.ibi.) Ille vero qui de facto nulla bona habet tamen potentialiter poteſt habere, &c. Hanc eandem ſententiam tenet Tellus Fernandez in l. 17. infrà his legibus, numero 67. Spinus in ſuo ſpeculo, 10.part.Rub.numero 2. & hanc potius exhæredationem quam inſtitutionem vocat Marcialis dum ait, idem te moriens hæredem ex aſſe reliquit exhæredauit te filo muſæ pater.

* Ad numerũ 18. ibi.) Et breuiter & reſolutiuè dico, quod non idem notat Gregorius Lopez gloſſa prima. titul. 1. part. 6. quod etiam in teſtamento inter liberos, & ad pias cauſas procedere, defendit Burgos de Paz in hac l. 3. numero 223. & pluribus ſequentibus, & numero 232. Tellus Fernandez in 2. parte huius legis, numero 18. & 19. & ſequentibus, Matiençus in l. 11. titulo quarto. libro 5. Recopil. gloſſ. 1. num. 1.

* Ad numerum 20. ibi.) Item quæro de hac quæſtione, vide Tellum hic in 2. parte. numero 3. & 4. Gometium Arias, num. 125.

* Ad numerum 22. ibi.) Secus verò alias, ſi in loco hoſtiũ & infidelium, &c. de hac quæſtione vide Barbatiam in cap. 1. columna 25. de Teſtamen. Rebuffum ad conſtitutiones Regias, titulo de literis obligatorijs, gloſſ. 6. numero 4. articul. 2. & nouiſsimè Spinum in ſuo ſpeculo, fol. 31. num. 7.

* Ad numerum 23. ibi.) Quæro quæ ſit forma & ſolemnitas teſtamenti, vide de hac re Matiençum in l. 2. gloſſ. 2. numero 2. titul. 4. libro 5. Recopilat. plures alios allegantem, & ſcribentes in l. hac conſultiſsima. C. de teſtament. Viglium in §. ſed cum paulatim inſtit. eodem titul. de teſtament. Decium conſil. 103. Auendañum in ſuis Reſponſ. Reſpon. 15. Peraltam in l. ſi quis in principio, num. 56. delegat. 2. Couarruuias in capit. cum eſſes in principio de teſtament. Burgos de Paz, & Tellus Fernandez, in hac l. Gregorius Lopez, in l. 1. & 2. titulo 1. part. 6. cum alijs relatis à Spino in ſuo ſpeculo in Rubr. 1. par. num. 16.

* Ad numerum 23. ibi.) Et in ea interueniunt ſeptem teſtes, &c. Bonæ vitæ & famæ non criminoſi nec infamati l. 1. titulo 1. par. 6. ibi, ni hombre mal infamado, vbi Gregorius gloſſ. 8. Caſtillus hic, verbo, ſiete teſtigos, Matiençus in l. 1. titulo quarto. libro 5. Recopilat. gloſſa 8. num. 6.

* Ad numerum 25. ibi.) Quia fœminę propter fragilitatem ſexus, non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento, alia ratio redditur à Viglio, quare fœminæ in teſtamento teſtes eſſe nequeunt, quia ſcilicet teſtimonium in teſtamento dicere eſt officium publicum & ciuile. l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, cũ autem fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus & publicis remotæ ſint, vt docet conſil. in l. 2. de regul. iuris, merito à teſtimonio dicendo repellũtur, quam rationem latius proſequitur, Viglius in §. teſtes inſt. de teſtam..

* Ad numerum 29. ibi.) Tamen hodie de iure Regio, non requiruntur rogati, &c. Teſtes teſtamento adhibitos, etiam hodie de iure Regio rogatos eſſe debere contra domini mei Gomezij ſententiam tenent Gregorius in l. 1. tit. 1. partit. 6. verbo, rogados, Burgos de paz, hic, nu. 550. & ſequentibus, Menchaca de ſucceſſ. creatione. §. 13. numer. 64. & 65. Sed nihilominus domini mei ſententia veriſsima eſt, & ſic hodie iure Regio teſtes teſtamento adhibitos non debere eſſe rogatos, quam etiam tenet Palacios Rubeus, numer. 66. cum ſequentibus, aſſerẽs ſufficere teſtes eſſe preſentes licet rogati nõ ſint, quia eo ipſo rogati intelliguntur, vt in l. Domitius. ff. de teſtament. hancque opinionem tenet Caſtillus hic, verbo, no haga fe, columna 2. Matiençus, qui late eam proſequitur, & defendit in l. 1. gloſſ. 8. num. 8. & in l. 2. gloſſ. 2. num. 3. titul. 4. lib. 5. Recopil.

* Ad numerum 31. ibi.) Sed vnus ex illis ſeptem teſtibus poteſt ſubſcribere pro ipſo teſtatore, &c. Idem tenet Matiençus alios referens in l. 2. titulo 4. libro 5. Recopilat. gloſſa 2. numer. 3. & vide l. 1. titul. 1. part. 6. & ibi Gregorium gloſſ. 9. in fin. Burgos de Paz, hic, numero 1179. quod non ſolum in teſtamento in ſcriptis locum habet, ſed in nũcupatiuo etiam, quia in eo teſtator ſi ſcribere ſcit ſe debet ſubſcribere, vt tenet Gregorius in l. 2. titul. 1. part. 6. Burgos de Paz hic, numero 1089. & 1097. Boerius deciſione 165. Couarruuias in capitulo cum eſſes in noua impreſsione, numero primo de teſtament. quos refert, & ſequitur Matiençus in l. 1. titulo quarto. libro 5. Recopilat. gloſſ. 3. numero 7. cum ſequentibus, quæ opinio vera eſt, & in praxi tenenda, probaturque in pragmatica de Alcala, quæ eſt l. 13. titulo 25. libro 4. Recopil. quæ diſponit quod in quolibet inſtrumento publico debet interuenire partis ſubſcriptio.



* Ad numerum 31. ibi.) Ego teneo contrarium, prout tenet vbi ſuprà Matiençus numero 3. Burgos de Paz hic, numero 1183. & viginti caſus in quibus teſtium ſubſcriptiones non requiruntur, refert Menchaca de ſucceſsionum creatione. §. 14. num. 19. & ſequent.

* Ad numerum 32. ibi.) Hodie tamen iſta ſolennitas non requiritur in teſtibus, &c. Vide Azeuedum in l. 2. titulo 4. lib. 5. Recopilat. numero 17. Matiençum ibidem, gloſſa 2. numero 4. Tellum Fernandez hic, 5. part. numero 16. Gregorium Lopez in l. 4. titulo 1. part. 6. verbo, eſcriuir.

* Ad numerum 34. ibi.) Non valebit teſtamentum, &c. Huius etiam opinionis, fuit Matiençus in dicta l. 2. titulo 4. libro 5. Recopilat. gloſſa 2. numero 4. ad medium, Spino in ſuo ſpeculo Teſtamentorum, in 1. parte Rubricæ, numero 11. qui num. 12. rectè declarat quoad approbationem teſtamenti, Hiſpanè, otorgamiento, rectè dici vnico tantum contextu teſtamentum fieri debere, ſecus vero quantum ad contenta & diſpoſita in teſtamento, quia quantum ad hæc bene recipit interuallum, & vno die incipi poteſt, & per plures alios interpollatim finiri.

* Ad numerum 36. ibi.) Vnde periculoſum eſt facere teſtamentum in ſcriptis, idem tradit Bartol. in l. 2. in principio ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, Caſsius conſilio 67. columna 1. libro 3. Rolandus conſilio 36. columna prima, & per totam hi omnes tenent, quod ſi vnus teſtis viuo teſtatore, vel poſt eius mortem ante aperturam teſtamenti præmoriatur corruet tale teſtamentum, & vide Porcium in §. 1. col. 3. in fine. inſtitutis de teſtamentis.

* Ad numerum 37. ibi.) Contrarium eſt tenendum, imo quod tale teſtamentum valet, & tenet, & probet ſine aliqua publicatione, id etiam reſoluit Gregorius Lopez in l. 1. titulo 1. partit. 6. verbo, otroſi, & latius in l. 3. titulo 2. eadem partita, verbo, deuen inquirir, Monterroſo in praxi, fol. 175. p. 1. in medio, Azeuedus in l. 2. titulo 4. libro 5. Recopilationis numero 16. Matiençus ibidem gloſſa 4. num. 2.

* Ad numerum 39. ibi.) Sed his non obſtantibus ego teneo contrariam ſententiam, imo quod nullo modo valeat teſtamentum in ſcriptis ſine tabellione, hæc opinio quam in hoc articulo defendit dominus meus veriſsima eſt, & ſatis probatur ex verbis huius legis ibi. Mandamos que interuengan a lo menos ſiete teſtigos con vn eſcriuano, & ibi, de manera que ſean ocho firmas, y el ſigno del eſcriuano. Et idem probat text. in l. 2. titulo 4. lib. 5. Recopilationis, & eam probat Cifuentes hic numero 2. Perez in l. 6. titulo 1. libr. 3. ordinamenti, columna 796. Spino in ſpeculo Teſtamentorum in ſecunda parte, Rubr. numero 3. 1. Tellus Fernandez hic. 5. par. num. 11. Menchaca, & Azeuedus in l. 2. titulo 4. libro 5. Recopilat. numero 21. Menchaca de ſucceſsionum creatione, libro 2. §. 15. numero 17. Et latius libro 3. §. 21. nu. 20. verſi. ſed verior, Couarruuias in capit. cum eſſes, numero 1. de teſtament. Matiençus in dicta l. 2. nouæ Recopilationis, gloſſ. 4. numero 3. & 6. ſed contrariam ſententiam, ſcilicet, hodie per legem noſtram in teſtamento in ſcriptis, non exigi Tabellionem tenuerunt Caſtellus hic, verbo, teſtamento

cerrado, Palacios Rubios, num. 14. & 23. & 52. & 55. Burgos de Paz, numer. 129. & concluſione 2. num. 1028. Gregorius Lopez in l. 1. titul. 1. par. 6. verbo, otroſi dezimos, & in l. 3. titul. 2. part. 6. verbo, deuen, & in l. 4. verbo, eſcripto, eod. titul. & Partita. quorum opinio poſſet defendi, quoties in loco vbi teſtamentum fit in ſcriptis, non reperiretur tabellio, & teſtator adeo morbo oppreſſus eſſet, vt tabellionē inquirere aut expectare nō poſſet, vt rectè aduertit Matiençus vbi ſupra qui late ſimul cum alijs huius opinionis autoribus contrariæ opinionis autorum fundamentis latiſsime ſatisfaciunt, hunc articulū adeo diligēter tractans, vt ſuperfluū mihi videatur quidquam, ei addere.

* Ad num. 41. ibi.) Quia ſubtiliter reſpondeo, &c. Hanc reſponſionem ſeu ſolutionem impugnat Matiençus ea ratiōne, quia poſſet legiſlator omnia compræhendere ſi ſoluti dixiſſet, ſi præfatæ ſolemnitates quoquo modo defecerint, ſit actus nullus: & aliam aſsignat ſolutionem in l. 2. titul. 4. lib. 5. Recopil. gloſſ. 4. num. 5. Reſpondens, ideo illa verba, ſino tuuieren la dicha ſolennidad de teſtigos, &c. prædictam tabellionis ſolennitatem ſeu interuentionem comprehendere, quia cum tabellio loco teſtis adhibeatur iuxta text. in l. Domitius Labeo iūcta gloſſa vltima. ff. de teſtament. vbi Bartolus nu. 3. l. hac cōſultiſsima. §. ſed quia. C. qui teſtamenta facere poſſūnt iuncta gloſſ. verbo, actiuam, mirum non eſt ſi his verbis tantum fuerit vſus legiſlator. Nec oberit ſi dicatur tabellionem loco teſtis haberi vbi agitur de probando actum per teſtes non per inſtrumentum, ſecus vbi agitur de probando actum per inſtrumentum, vt in ſpecie noſtra, quia tunc inter teſtes non cōnumeratur iuxta notata per gloſſam & doctores in dict. l. hac conſultiſsima. Nam reſpondere licebit quod quanuis tabellio numero teſtium ad validitatem actus requiſitorum non computetur lex tamen vltra teſtes in ſcriptura requiſitos habuit conſiderationem ad tabellionem quem loco vnius, imo & duorum teſtiū computauit, vt in hac l. probatur, ex qua id expendit Couarruuias in cap. cū eſſes. num. 2. de teſtament. & alij relati à Matiēço vbi ſupra. Verum hæc Matienci reſpōſio ex eo conuincitur, quia ſi vera eſſet ſequeretur, idem tabellionis requiſitum deſiderari ad validitatem codicillorum & teſtamenti nuncupatiui cum illa verba, ſino tuuieren la dicha ſolennidad de teſtigos, comprehendant tabellionem, vt ipſe voluit qui teſtis appellatione continetur, & referant deinde ad multiplicem voluntatem & formam teſtamentorum, prout ex ipſis colligitur ibi, los quales dichos teſtamentos y codicillos, ſino tuuieren la dicha ſolennidad de teſtigos, mandamos que no hagan fe en juyzio ni fuera del. Verum hoc eſt falſum; quia in teſtamento nuncupatiuo tabellio non deſideratur ad eius validitatem, vt docet idem Matiençus & communiter receptum teſtatur in l. 1. titul. 4. lib. 5. gloſ. 7. num. 1. & probatur expreſſe ex illo tex. ibi, y ſi lo hiziere ſin eſcriuano publico, que ſeā ahy alomenos cinço teſtigos, nec in codicillis tabellio requiritur, vt conſtat ex dict. l. 1. Quare defendendo domini mei ſolutionem reſpōdendum cenſeo Matienci oppoſitioni, nō ſemper legiſlatores poſſe comprehendere omnes articulos, vt in l. non poſſunt omnes articuli. ff. de legibus. ideoque ſingula ſingulis eſſe referēda, prout in ſimili legem noſtram interpretatur Azeuedus in l. 2. titul. 4. lib. 5. num. 9.

* Ad numerum 42. ibi) Requiritur dies menſis & annus, &c. Idem diſponit l. 4. & l. 54. titul. 18. par. 3. & Gregorius ibi, & in l. 1. & 9. titul. 19. par. 3. & l. 2. titul. 8. lib. 1. fori, & l. 13. titulo 25. libro 4. Recopilationis ibi: y el dia, y el mes, y año, &c. & ibi, ſopena que la eſcriptura que de otra manera ſe diere ſignada, ſea en ſi ninguna, eſtque opinio communis ſecundum Couarruuias in pract. quæſtionibus, cap. 2. numero 20. & ſequitur Matiençus in l. 2. tit. 4. lib. 5. Recopil. gloſſ. 7. numer. 7. alios plures congerens authores.



* Ad numerum 43. ibi.) Si vero fit manu priuata ſine tabellione, vide Matiençum id latè docentem in dicta l. 2. titul. 4. lib. 5. Recopil. gl. 7. num. 8.

* Ad numerum 46. ibi.) Hoc poſt mortē teſtatoris iurati deponant, &c. Vnde ſi ante publicationem moriatur aliquis teſtis ex his qui interfuerint teſtamēto, ita vt nō ſuperſiteo dempto legitimus numerus teſtiū nō faciet fidem nec valebit prædictū teſtamentum l. publicati. C. de teſtament. l. cū in initio. ff. quemadmodū teſtamenta aperiantur, notat Alberi. in l. 1. §. ſi quis neget, eodem tit. & probat text. à cōtrario ſenſu in l. 4. titul. 3. par. 6. vbi notat Gregorius, verbo, deſpues.

* Ad num. 47. ibi.) Quod ſint vicini illius loci, vbi fit teſtamentum, &c. etiā probat hodie l. 1. tit. 2. lib. 5. Recop. vbi Matiēçu gl. 5. nu. 1. Greg. in l. 1. tit. 1. par. 6. verbo, ante ſiete teſtigos, Burgos de Paz hic, nu. 354. & ſequēt. & quis dicatur vicinus hoc caſu docet idem Matiençus vbi ſuprà nu. 2. & Tellus Fernandez hic, in 2. parte legis. nu. 15. Caſtellus ibid. num. 1. Azeuedus in dict. l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. nu. 34. & ſequent. affirmans iſtud vicinitatis requiſitum in teſtamento in ſcriptis non deſiderari, & videas latius, Matiençum in d. l. 2. tit. 4. lib. 5. gl. 3. num. fin.

* Ad nu. 47. ibi.) Si verò fiat cum tabellione, &c. Vide Spinom de teſtam. fol. 43. nu. 3. & ita diſponit hodie l. 1. tit. 4. libr. 5. Recop. vbi Matiençus gl. 4. n. 1. & Azeuedus nu. 24. qui late de hac quæſt. agunt.

* Ad l. 3. n. 47. ibi.) Sed teneo cōtrariū, imo quod valeat corā teſtibus, &c. Idē etiā tenet Burgos de Paz hic, nu. 819. fol. 276. col. 3. verſiculo teſtamentū, & Azeuedus in l. 2. tit. 4. lib. 5. Recop. n. 24. Mēchaca de ſucceſſ. creatione libr. 3. §. 21. nu. 22. cum pluribus ſequēt. Couar. in cap. cum eſſes. num. 2. de teſtam. & vide Matiençum in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. gloſ. 3. nu. 4.

* Ad nu. 47. ibi.) Ex qua lege ſic declara [illegible] ta, nota quod licet de iure cōmuni ruſticus, &c. Vide de hac re Guillelmū Benedictū in c. Raynuntius, verbo, teſtamētum el 1. nu. 12. de teſtam. Tellū hic, nu. 5. Mēchacā de ſucceſſ. creatione, §. 22. nu. 29. Pariſiū conſ. 32. nu. 17. Alex. conſ. 70. lib. 2. & hanc opinionē tres, ſclicet, teſtes ſufficere vbi non eſt copia teſtiū, tenet etiam Matiēçus in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. gl. 7. n. 4. & nu. 9. Spinus de teſt. in 3. par. Rubr. nu. 4.

* Ad nu. 48. ibi.) Imo quod requiratur integra & perfecta ſolēnitas de iure communi requiſita, &c. Idē etiā tenet Tellus Fernādez in hac l. 3. n. 8. ad fin. & vide Spinū de teſtam. 3. p. Rubr. nu. 6. ad fin. Menchacā de ſucceſſ. creatione §. 24. numer 4. Pariſium conſ. 33. nu. 28. volum. 2. & Gomez Arias in hac l. 3. num. 136.

* Ad nu. 48. ibi.) Tamē hodie indiſtinctè tā in teſtamēto in ſcriptis, quā nūcupatiuo requiritur inter filios eadē ſolēnitas, &c. Hāc opinionē defendit veráque eſſe teſtatur Molina de Hiſpanorū primogenijs lib. 1. c. 12. nu. 24. & lib. 2. c. 18. nu. 27. ad fin. Greg. in l. 7. tit. 1. par. 6. verbo a los, Azeuedus in l. 2. tit. 4. lib. 5. Recopil. nu. 1. Ciſuentes hic, quicquid contrariū tenuerit Tellus domini mei acerrimus impugnator hic nu. 5. & 13. & 14. ſed Matiençus in l. 2. tit. 4. lib. 5. gl. 1. nu. 13. & ſeq. diſtinguit. inquit enim legē iſtam ius cōmune corrigere tantū quo ad teſtium ſolēnitatem in quo eandē obſeruandam cenſet quod in teſtamēto inter extraneos in ſcriptis facto obſeruatur, ſed in nuncupatiuo nō debere eandē ſolennitatē interuenire inter liberos, quæ inter extraneos docet in d. l. 2. gl. 1. nu. 3. alios plures referens.

* Ad nu. 49. ibi.) Vno eodemque tēpore, loco, & contexta, &c. Vide quæ addidi ad numer. 33. ibi non valebit teſtamentū ſupra hac l. & vltra ibi allegatos Menchacam libro 3. de ſucceſſ. creatione. §. 22. nu. 91. & §. 36. nu. 11. & 12.

* Ad nu. 50. ibi.) Primo infero quod ſi teſtator coram duobus vel tribus teſtibus dixit, &c. Vide allegatos in dict. num. 33. ſupra,

ſupra, qui hanc eandem ſententiã tenent.

* Ad nu 51. ibi.) Item adde quod in teſtamento cæci requiritur per noſtrã legẽ, &c. Vide Burgos de Paz hic, nu. 133. Coſtã in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. 3. par. nu. 86. de lib. & poſth. & in c. ſi pater. verſicul. adijciens. nu. 8. Menchacã lib. 3. controuerſiarũ illuſtrium. volum. 3. & nouiſſime Spinum de teſta. 7. p. Rubr. per totã.

* Ad nu. 53. ibi.) In quo articulo reſolutiuè dico, &c. Totũ hoc de iure communi procedit: quid autem de iure regio obſeruãdũ ſit refertur in nu. 59. & vide allegatos in nu. 48. in fi. ſuprà hac l. ibi tamen hodie, &c.

* Ad nu. 53. ibi.) Secundũ quod requirũtur duo teſtes maſculi vel fœminæ, &c. Vide Tellum hic, 1. par. nu. 13. Burgos de Paz. nu. 134. cũ ſequent. Matiençum in l. 2. tit. 4. lib. 5. nouæ Recopil. gl. 1. num. 13. cum duobus ſequent.

* Ad nu. 59. ibi.) Hodie tamẽ in noſtro regno hanc eandẽ ſententiam tenet & cõmunẽ aſſerit Matiençus in l. 2. tit. 4. lib. 5. Recop. gl. 1. nu. 3. quam etiã tenere refert Ciſuentes hic, nu. 7. Palacios Rubr. nu. 4. Tellũ Fernandez nu. 13. in 1. par. huius legis, & videas quæ ſup. num. 48. ibi, tamen hodie addidi.

* Ad nu. 60. ibi.) Sed his nõ obſtantibus ego teneo cõtrariã ſententiã, &c. quæ ſententia domini mei cõfirmatur ex eo, quia cum lex Regia maiorẽ ſolennitatẽ exigat in teſtamento in ſcriptis quã in nũcupatiuo, & in nuncupatiuo inter liberos eandẽ ſolẽnitatẽ deſiderat, quã inter extraneos, & ſic maiorem quã de iure cõmuni inter liberos requirebatur abſurdũ foret ſi in teſtamento in ſcriptis in quo maior ſolẽnitas ius cõmune exigit minorẽ ſolennitatẽ exigeret lex Regia quam rationẽ ſcribẽs licet latiùs ſcripſiſſe reperi Matiençum in l. 2. tit. 4. lib. 5. Recop. gl. 1. nu. 6. qui hãc etiam opinionem defendit à nu. 4. vſque ad octauũ alias plures rationes in eius cõfirmationẽ cõgerens, & praxi receptã teſtatur Ciſuentes hic, nu. 7. Gomez Arias, nu. 5. & pluribus ſequẽtibus, Caſtillus verbo, entre los hijos, Greg. Lopez in l. 7. tit. 1. par. 6. verbo, a los hijos, Couar. in epithome de ſponſalibus. 2. p. c. 8. §. 4. nu. 13. in fin. Azeuedus in d. l. 2. tit. 4. lib. 5. nu. 1. Ex quibus infero perperam Tellũ Fernãdez hic, nu. 5. dominũ meum reprehendiſſe, & num. etiam 13. in 1. par. exiſtimãtem etiam hodie differentiã teſtãdi inter liberos & extraneos durare, quem etiam ſequitur Burgos de Paz hic, nu. 64. Menchaca de ſucceſſ. creatione. §. 21. num. 13. 14. & 15. quorũ fundamentis latè ſatisfaciũt contrariæ opinionis authores ſuprà allegati.

* Ad nu. 62. ibi.) In teſtamento cõdito inter liberos ſubintelligitur & cẽſetur appoſita clauſula codicillaris, &c. Cõmunẽ eſſe hanc ſententiã refert Matiençus in d. l. 2. ti. 4. lib. 5. gl. 1. nu. 9. Menchaca de ſucceſſ. creatione. c. 21. nu. 64. Burgos de Paz hic, nu. 178. alios plures eiuſdẽ ſententiæ authores citans.

* Ad nu. 63. ibi.) Clauſula codicillaris operatur circa duo, &c. Circa effectus ex clauſulæ codicillaris appoſitione reſultãtes, vide Matiençum in dict. l. 2. tit. 4. lib. 5. alios plures referentem.

* Ad num. 65. ibi.) Vnde hoc caſu ſi fiat teſtamentũ inter liberos cũ quinque teſtibus, &c. In eãdem inclinat ſentẽtiam Matiençus hic, in d. l. 2. tit. 4. lib. 5. gl. 1. nu. 10. Ioannes Pariſius relatus à Burgos de Paz hic, nu. 180. licèt ipſe contrariã teneat perſeuerans in errore, quẽ nu. 64. tenuit, ſcilicet, legem iſtam ius antiquum nõ corrigere in teſtamẽto inter liberos in ſcriptis quem ſuprà damnauimus in num. 60. ibi, ſed his non obſtantibus.

* Ad nu. 67. ibi.) Hodie tamẽ ſufficiunt tres teſtes, &c. Id etiam tenet Tellus hic, 4. par. nu. 22. Azeuedus in l. 2. tit. 4. libr. 5. Recop. nu. 32. Couar. in Rubr. de teſtam. 3. p. nu. 21. Burgos de Paz hic, nu. 1332.

* Ad num. 69. ibi.) Imo quod codicillus in ſcriptis requirat ſemper & indiſtinctè quinque teſtes, &c. Hanc ſententiam veram





ram eſſe teſtatur Ciſuentes hic, num. 10. Gregor. Lopez in l. vlt. tit. 12. par. 6. gloſſa magna, Azeuedus in l, 2. tit. 4. lib. 5. Recopil. nu. 33. Matiençus ibid. gloſſ. 9. num. 5. licet contrariam ſententiã tenuerit Burgos de Paz hic, nu. 1360. & Menchaca de ſucceſ. creatio. §. 25. n. 23. quorũ fundamẽtis latiſsimè & doctiſsimè ipſe Matiẽçus ſatisfacit, & ideo ego facere prætermitto.

* Ad nu. 70. ibi.) Item adde quod in teſtamento teſtes debent eſſe maſculi & nõ fœminæ, vide rationem optimam Viglij relatam in additione ad num. 25. ibi, quia fœminæ propter fragilitatem, &c.

* Ad nu. 71. ibi.) Quod teſtes requiſiti in codicillis ſufficiãt eſſe fœminæ, &c. Articulus iſte anceps nimis, & cõtrouerſus eſt inter noſtri Regni doctores, dominiq; mei ſententiam, tanquam benigniorem defendunt Ciſuentes hic, nu. 12. Burgos de Paz nu. 1349. Ioannes Lupus de Palacios Rub. nu. 34. ſed contrariam ſententiã ſcilicet, quod in codicillis teſtes fœminæ nõ ſufficiant vrgentioribus fundamentis fulcitur, quam late defendit Molina de primogenijs lib. 2. c. 8. nu. 25. ſequitur Azeuedus in l. 2. tit. 4. lib. 5. Recopil. numer. 36. Matiençus ibidem gl. 9. nu. 8. qui adeò diligenter hunc articulum tractant, vt ſuperfluum mihi videatur quicquam amplius addere, vide etiã Tellum hic. 4. par. num. 22. Caſtillum, verbo, ſiete teſtigos, col. 7. Gregor. Lopez in l. 7. titul. 1. par. 6. verbo, dos teſtigos eãdem tenentes ſententiam.

* Ad num. 72. ibi.) Poteſt tamen verificari & habere locum in teſtamento in ſcriptis, &c. Vide quæ tradit Tellus hic, 5. part. num. 5. Azeuedus in l. 2. num. 47. tit. 4. lib. 5. & Matiençus ibid. gl. 10. nu. 3.

* Ad num. 74. ibi.) Primus eſt quando in teſtamento vel diſpoſitione apponitur iuramentum, &c. Hoc etiam caſu tacite clauſulam codicillarem appoſitam cenſeri teſtatur Gomez Arias hic, nu. 72. vbi alios hanc opinionem ſequentes allegat.

* Ad numer. 74. ibi.) Tertius caſus eſt, &c. Clauſulam codicillarem, vbi pater, mater, vel aſcendens inter liberos teſtatur tacite appoſitam cenſeri docet Gomez Arias hic, num. 71. & vide allegatos in num. 62. ſupra ibi. in teſtamento condito inter liberos, &c.

* Ad num. 76. ibi.) Conuertitur in fideicommiſſum, &c. Vide Matiençum eundem effectum notantem in l. 2. tit. 4. lib. 5. Recopil. gloſ. 2. num. 9. vbi etiã hos, omnes effectus clauſulæ codicillaris enumerat latiſsimè.

* Ad nu. 80. ibi.) Poſsit detrahere duas quartas, &c. Vide de hac quæſtione D. Antoniũ de Padilla in authentica res quę C. cõmun. de leg. nu. 33. qui circa ius noſtrum Regium hanc quæſtionem ceſſare affirmat cum in legitima omnia bona deducta quinta parte cõtineantur quare de Trebellianica, nec Falcidia agi nõ poteſt, maximè cum pater de quinta bonorum poſsit libere diſponere, vt in l. 12. titul. 6. lib. 5. Recop. & l. 8. tit. 8. eodem lib. cauetur, idemque voluit Burgos de Paz hic, nu. 972. & Greg. Lopez in l. 12. tit. 5. p. 6. & in l. fin. tit. 11. par. etiam 6.

* Ad num. 93. ibi.) Quod tamen limita & intellige præterquam ſi in ſecundo teſtamento, &c. Alio etiam modo limitat Gomez Arias hic, nu. 71. vt puta ſi teſtator inſtituat perſonam valde dilectã, nam ſicut affectio habet vim clauſulæ codicillaris, vt teſtatur ipſe Gomez Arias vbi ſuprà in principio numeri, ita etiam habet vim reuocationis clauſulæ derogatoriæ in primo teſtamento contentæ.

* Ad num. 94. ibi.) In quo reſolutiuè dico, idem tenet Gomez Arias hic, nu. 77. in principio quem omnino videas.

* Ad num. 96. ibi.) Tamen illud iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ, id etiam affirmat Gomez Arias hic, num. 76. & non tolli primum per ſecundum teſtamentum niſi mentio primi ſpecialiter fiat in quo iuramentum, defendit vbi ſupra, num. 75.

* Ad nu. 102. ibi.) Sed in hoc dubio primi opinio eſt verior, &c. Eandē ſequitur Couar. de teſtam. 2. par. Rubr. nu. 21. ver. hinc, ergo. Bald. conſ. 354. lib. 5. Maynerius in l. quamdiu nu. 109. ff. de reg. iuris. Guillelm. Benedict. in ca. Raynunt. verb. teſtamentum. nu. 8. quod etſi ſecūdū teſtamentum primum expreſſe reuocauerit obtinet ſecundū ſupra allegatos. & Iaſ. in l. planè in princip. ff. de leg. 1. Menchacā de ſucceſ. creation. lib. 2. §. 17. 72. & 73.

* Ad nu. 103. ibi.) Quā tamē limita, vide Matiençum in l. 2. tit. 4. gl. 10. nu. 8.

* Ad nu. 103. ibi.) Secundo limita, vide eundem Matiençum vbi ſupra, numer. 8. alios plures congerentem.

* Ad num. 103. ibi.) Tertio limita, &c. Hanc tertiam limitationem communiter approbari teſtatur Menchaca de ſucceſſ. creatione lib. 2. §. 17. nu. 73. ad fin. Guillel. Benedict. in cap. Raynuntius de teſtam. 2. par. nu. 8. hodie vero non eſt neceſſarius decēnij tranſcurſus cum iure regio ſecundum teſtamentum reuocans primū omnino valeat etiam ante decēnij curſum, vt docet dominus meus, num. ſequenti, & latius Matiençus in d. l. 2. gl. 10. num. 7. vbi alios plures eiuſdem opinionis authores allegat.

* Ad nu. 103. ibi.) Quarto limita, &c. Hæc quarta limitatio de iure regio procedit ſecundum Matiençum in l. 1. titul. 4. lib. 5. Recop. gl. 10. nu. 44. vbi etiam nu. 9. aliā quæſtionem, ex qua huius limitationis reſolutio pendet tractat, vtrū, ſcilicet, legata in minus ſolenni teſtamēto relicta ſint ab hærede in foro cōſciētiæ ſoluēda.

* Ad nu. 104. ibi.) Aduertendum tamē, quod licet iſta opinio ſit vera & cōmunis de iure communi, tamen de iure regio nouiter & ſubtiliter, &c. Elegās & pulchra eſt hæc opinio, quam etiam probat Burgos de Paz hic, nu. 842. prope fin. Couar. de teſtam. 2. par. nu. vlt. verſ. 6. concluſio, Greg. in l. 21. tit. 1. par. 6. gloſ. 1. Matiençus in l. 2. tit. 4. lib. 5. Recop. gl. 16. num. 6. qui omnes cōmuniter receptam teſtantur.

* Ad nu. 105. ibi.) In quo magiſtraliter & reſolutiue dico, quod non: adde Tellū eandem ſententiam tenentem pluresque alios allegantem hic, nu. 18. in 2. par. Azeuedum in l. 2. tit. 4. lib. 5. num. 58.

* Ad nu. 106. ibi.) Ita ſingulariter Paulus de Caſtro, &c. tenet etiam Burgos de Paz hic. nu. 23. Tellus Fernandez nu. 18. & 19. in 2. par. Matiençus in l. 11. gl. 1. ti. 4. nu. 1. lib. 5. Recop. Azeuedus ibid. nu. 62.

* Ad nu. 107. ibi.) Et breuiter & reſolutiue teneo, quod non, &c. Idem tenet Azeuedus plures congerens in l. 2. tit. 4. num. 48. lib. 5. nouæ Recopil.

* Ad nu. 109. ibi.) Item quæro, ſi quis interroget teſtatorem, &c. Nimis controuerſa hæc eſt quæſtio tam inter antiquos, quam inter noſtri temporis doctores, & prædictum teſtamentum non valere tenuerunt plures quos refert, & ſequitur Rodericus Suarez in allegat. 1. fol. 6. col. 2. pag. 116. & plures quos refert Matiençus in l. 2. tit. 4. lib. 5. gl. 16. nu. 5. quam opinionem cōmunem eſſe teſtantur, ſed contraria ſententia quam dominus meus ſequitur, tum verior, tū etiam communior eſt, quam ſequuntur cū multis quos referunt Matiençus vbi ſupra nu. 6. & Mēchaca de ſucceſſ. creatione lib. 2. §. 17. nu. 52. & 54. Greg. in l. 6. tit. 3. par. 6. gloſ. 1. Socinus Iunior conſ. 183. nu. 2. lib. 2. Dueñas In ſua allegat. nu. 5. & ſequent. Meneſius in l. eam quam C. de fideicommiſ. nu. 83. Azeuedus in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. num. 163. & eleganter Menochius conſil. 45.

* Ad nu. 110. ibi.) Quod nutu vel ſignis non poteſt teſtari nec hæredē inſtituere, vide Couar. in ca. cum tibi num. 4. de teſtam. Matiençum in l. 1. gl. 16. nu. 2. Azeuedum in d. l. 1. nu. 162. tit. 4. lib. 5. Recop.

* Ad nu. 110. ibi.) Limita tamē & intellige ſuperiorē doctrinā, &c. Vide Couar. idē ſentientē in c. cū tibi. de teſtam. nu. 6. Greg. in l. 6. gl. 2. ti. 3. par. 6. & Matiēçum alios allegātē, qui etiā id procedere in teſtamēto inter liberos docēt in l. 1. ti. 4. lib. 5. gl. 6. nu. 3. Azeuedū in d. l. 1. nu. 162.

* Ad



* Ad num. 112. ibi.) Sed ſalua eorum pace ego teneo contrarium. Id etiam tenet & defendit latè Matiençus in dict. l. 1. titulo 4. lib. 5. Recopil. gloſſ. 16. numero 3. ad finem.

* Ad numerum 13. ibi.) Sed eius opinio apertè eſt falſa & pro huius articuli reſolutione, vide Peraltam in Rubr. de leg. 2. numero 14. & Spinum in ſpeculo teſtament. gloſ. 9. num. 1.

* Ad num. 116. ibi.) Si vero verba ſunt dubia vide Menochium de arbitrarijs caſu 449. num. 1.

* Ad num. 120. ibi.) Dico quod videtur, quod hæres ſit ſecurus in conſcientia, &c. Idem tenet Couaruuias communem hanc ſententiam dicens in cap. cum eſſes de teſtament. num. 5. Guido quæſt. 143. Corneus conſil. 119. Medina in Codice de rebus reſtituendis, quæſt. 23. col. vlt. Soto lib. 4. de iuſt. & iur. quæſt. 5. artic. 5. columna 318. Menchaca de ſucceſſ. creatione §. 1. num. 23. qui plura fundamenta pro hac opinione adiecit. Burgos de paz hic, numero 1466. cum alijs multis quos ipſi allegant, & vide Azeuedum in l. 2. titul. 3. lib. 5. Recopil. num. 42. Gutierrez in l. nemo poteſt. num. 461. de leg. 1.

* Ad numerum 123. ibi.) Sed contrariā ſententiam, imo quod talis hæres inſtitutis, &c. Sequitur Tiraquellus de retractu linagier in præfatione num. 73. Alciatus in cap. nouit. de iudicijs num. 38. Fortunius Garcia de vltimo fine numero 260. Florianus in ſumma 1. par. titul. 18. §. 4. & moderni in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitutionibus l. 16. titulo 1. part. 1. ibi. E meterſeyan en la carrera de la muerte, & ibi Gregorius, Caſtro lib. 1. de poteſtate legis pœnalis, cap. 5. documento 4. & 5. Ioānes, Medina de reſtit. quæſt. 36. ver. quo præmiſſo, Perez in procemio ordinamenti quæſt. 10. & denique Ioannes Gutierrez in l. nemo poteſt. numero 461. de legat. 1. Azeuedus in l. 2. titul. 3. lib. 5. Recopil. nu. 42. Gomez Arias hic, num. 86. & ſequent.

## *Ad l. 4. quæ hodie eſt l. 4. titul. 4. lib. 5. Recopilationis.*

DE huius legis materia præter ordinarios hic, vide Gregorium in l. 4. titulo 31. partita 7. Benedictum in capit. Raynuntius, verbo, mortuo, el primero, numero 129. Couaruuias in Rubric. de teſtament. 3. part. numero 27. Iulium Clarum in §. teſtamentum. quæſtione 231. Michaelem Groſſum in eodem §. teſtamentum. quæſt. 28. numero 3. Matiençum in l. 3. titulo 4. libro 5. Recopilationis per totam. & Azeuedum ibidem. Gutierrez in quæſtionibus ſuis libr. 2. quæſt. 38. & 39. Mieres in tractatu maioratuū. 1. part. quæſt. 1. numero 59. folio 19. Molinam de primogenijs libro 2. numer. 21. folio 194. Menchacam de ſucceſsionum creatione libro 3. §. 27. numero 18. & lib. 1. §. 2. numero primo. Spinum in ſuo ſpeculo teſtamentorum. 8. parte. gloſſæ, Rubricæ numero primo, cum ſequentibus.

* Ad numerum 1. ibi.) Dico quod eſt correctoria iuris communis, &c. Idem teſtatur Velazquez de Auendaño hic, numero 1. Villalobos in antinomijs inter ius commune, & Regium litera A. numero 14. Tellus Fernandez, Gomez Arias, Caſtillus & omnes gloſſatores hic, Matiençus in l. 3. titulo quarto. libro 5. Recopilationis. gloſſa 1. numero 1. Azeuedus ibidem.

* Ad numerum 1. ibi.) Imo etiam teſtamentum antea factum irritatur, vide Matiençum in lege tertia. titulo quarto. libro quinto. gloſſa tertia. numero quarto. & Velazquez de Auendaño hic, numero 2. gloſ. 1. & Tellum hic in principio num. 1.

* Ad numer. 1. ibi.) Et in tantum vide eoſdem vbi ſuprà.

* Ad numerum 3. ibi.) Hodie autē per noſtram l. &c. Idem tenet Gregor. in l. 5. gloſſa magna ad finem, titulo 31. part. 7. Tellus Fernandez num. 31. Matiençus in

dict.

dicta l.3.titulo 4.lib.5.gloſſ.1.num.2.

* Ad numerum 4.ibi.) Et procedit quãdo bona condemnati non ſunt confiſcata, &c. Et hoc caſu maioratum poſſe condere, & meliorationem tertij facere tenet Molina de primogenijs libro 2.cap. 10.numero 69. Gregorius Lopez in l.5. titulo 3.partit.7.verbo,ſeñalados, Tellus Fernandez hic,numero 17.quanuis contrariam ſententiam tenuerit, ex Roderico Suarez, Couarruuias in Rubr. de teſtamentis,3.part.numero 27.vt refert idem Molina vbi ſupra, & Matiençus in l.3. titulo 4.lib.5.nouæ Recopilationis, gl.6. numero 4.Velazquez de Auendaño hic, gloſſ.5.numer.5.ſed idem Suarez in lege Regni,numero 4.& in titulo de las arras. fol.45.pagina 2.Couarruuias in Rubr.de teſtament.3.par.num.27.quod cum bona damnati ad mortem, ex legis diſpoſitione deferantur non poteſt condemnatus ſi filios habet aliquem ex his meliorare,quia huiuſmodi lucrum æqualiter debet diuidi argumento text. in auth. hoc lucrum. C. de ſecundis nuptijs, & in l. ſi deportatus. C.de bonis damnatorum ibi, & quæ diuiſionis partibus,&c. Sed hanc obſeruationem damnat Gregorius in l.5. titulo 31.par.7.& Tellus, numer. 14. nec quicquam faciunt iura ſupra allegata procedunt enim vbi à lege deferũtur dãnati bona ad hic ab ipſo damnato fit diſpoſitio, vt probat,ibi,puedan diſponer de ſus bienes.

* Ad numerum 4.ibi.)Et reſolutiuè dico,quod ſic idem tenet Matiençus in dict. l.3.titulo 4.libro 5.gloſſ.7.numero 2.Velazquez de Auendaño hic,gloſſ.7.numero 2.Tellus hic,num.39.& 40. ſed vtrum hæc lex procedat in eo,cuius bona ipſo iure confiſcantur,vt teſtari poſsit vt puta in hæretico, vel in eo qui crimine læſæ maieſtatis humanæ damnatur, vel in Sodomita,vide Tellum Fernandez hic, num. 34.& 35. Caſtellum in verbo,cõfiſcado, Palacios Rubios hic,nũ. 17. Gregorium in l.7.titul.7.part.6. Matiençum in dict.l. 3.gloſ.7. numero 3. Velazquez hic,gl. 7. num.4.& 7.cum ſequent.& numer. 14.& 15.cum duobus ſequent.

* Ad numerum 4.ibi.) Quia hæres ſuccedit in bonis ſibi debitis, &c. Quia illa non veniunt in confiſcationem, idem tenet Matiençus in dict.l.3.gloſſ.7.num.2. & Velazquez hic,numero 5.

* Ad numerum 6.ibi.) Primo quando condemnatus appellauit,&c. Pro hac ſententia eſt text.in l.15.titulo 1.par.6. & vide etiam Azeuedum in l.3. titul.4.libr.5. Recop.num.4.

* Ad numerum 7.ibi.) Sed his non obſtantibus,ego teneo contrariam ſententiam &c.In hoc articulo tres fuerunt Doctores regni noſtri quorum alter contra dominum meum defendit cõdemnatum ad mortem teſtamenti factionem paſsiuã non habere,& hic fuit Cifuentes hic numero 2.alter eſt dominus meus qui contrariam tenet,ſcilicet, condemnatum ad mortem paſsiuam teſtamenti factionem habere,alter Gregor.in l.5.titul.1.part.6. qui cogitãdum relinquit.Sed domini mei ſententia tandem obtinuit quam ſequitur Tellus,licet eius fundamenta impugnans rationem quam dominus meus antea docuerat, referens,ſcilicet, hodie teſtabilẽ eſſe condemnatum ad mortem, quia ſeruus pœnæ non efficitur cui fundamento à domino meo ſæpius repetito tam in numero 2.quam in 6. interpretans textum in l. quidam ſunt ſerui. ff. de pœnis. alia adiecit non futilia, vt Tellus inquit, ſed grauiſsima,& vrgenteſima,quorum primum illud eſt,ſcilicet,quia vbi duo caſus æquiparantur in iure,diſpoſitum in vno in alio diſpoſitũ cenſetur,quòd ex eo maximè probatur,quia condemnatus qui teſtamentum facere poteſt teſtamenti factionem habere dicitur ſed teſtamenti factionem habere non ſolum id ſignificat vt quis teſtari poſsit:ſed etiam vt ex teſtamẽto capere poſsit.§.teſtamẽti autẽ.inſt. de hæredũ qualitate,& differẽtia, neque obſtat oppoſitum à Tello de æquiparatione per modum regulæ generalis: nam reſponderi poteſt regulam dict. §. teſtamenti autem generaliter eſſe intelligendam niſi aliud à lege diſponatur prout in caſibus ab ea exceptis expreſſe diſponitur. Præterea, quia licet non in omnibus & per omnia æquiparentur teſtamenti actio paſsiua & actiua, tamen hoc caſu æquiparari conſtat,ex dicto §. teſtamenti factionem,nec obſtat ſecunda obiectio contra ſecundum fundamẽtum adducta quæ habet: ideo teſtamenti factionem paſsiuam maiorem exigere ſolennitatem quam actiuam,quia tria tempora in paſsiua ſpectantur: nam ſi hoc caſu amplius hæc ſolennitas exigeretur in teſtamenti factione paſsiua, quam in actiua quod negamus, multi alij ſunt caſus præter hic à domino meo Gomezio enumeratos, in quibus maior ſolennitas requiritur in teſtamenti factione actiua, quam in paſsiua. Nam impubes teſtari non poteſt,& ſic teſtamenti factionem actiuam, non habet nec furioſus,nec mentecaptus, nec monachus,nec obſes, vt docent omnes ſcribẽtes in l.3. ſuprà his legibus,omnes tamen hi poſſunt ex teſtamento capere ac per conſequens teſtamenti factionem paſsiuam habere: igitur plures ſolennitates requiruntur in teſtamenti factione actiua quam in paſsiua. Ad teſtamenti enim factionem actiuam, oportet quem eſſe puberem,ſanæ mentis,liber & ſui iuris: quæ ſolennitates in teſtamenti factione paſsiua, minimè requiruntur. Vnde non debuit Tellus regulam generalem à caſu ſpeciali deducere.



Præterea,quia nec hoc caſu maior ſolennitas in teſtamenti factione paſsiua, quam in actiua deſideratur: nam ſi illis tribus temporibus capacitas,vt ipſe contra domini mei opinionem, inquit, requiritur in inſtituto, eadem etiam in inſtituente deſideratur: nam quid quæſo intereſt hoc caſu inter inſtitutorem & inſtitutum, ſi enim tempore inſtitutionis habilis ad capiendum & capax ad inſtituendum debet eſſe hæres,eadem etiam capacitas ad eandem inſtitutionem faciendam in teſtatore eodem tempore deſideratur, & vt ſupra probauimus maior: nam ſi tempore inſtitutionis fuerit effectus ſeruus pœnæ teſtator,minimè inſtitutio tenebit l.eius qui.§.1.ff. de teſtament. l. ſi quis filio exhæredato. §. inuitum.ff.de iniuſt. rupt. cum alijs quos congerunt ſcribentes hic, item & ſi quis tempore mortis fuerit effectus ſeruus ac per conſequens incapax ad teſtandum,teſtamentum ab eo antea factum nullius erit momenti, vt idem Tellus hic fatetur in numer.1.gloſſ.1.contra Pariſium, & fere omnes ſcribentes hic reſoluunt, probaturque manifeſto ex l.15.titulo 1. part.6. docet Molina de primogenijs.libro 4.capit.11.numero 2. Vnde conſtat his duobus temporibus, non ſolum eandem, verum & maiorem exigi ſolennitatem in teſtamenti factione actiua, quã in paſsiua. Reſtat igitur vt ad vltimum tempus, ſcilicet, aditionis deueniamus, quo tempore cum iam nec capacitas nec incapacitas in teſtatore, tanquam in mortuo conſiderari poſsit, mirum non eſt in inſtituto tantum hoc caſu conſiderari. Nec obſtat etiam quod Tellus inquit, ex eo non licere cui plus licet quod minus eſt, quod donare cauſa mortis ei non permittatur quod eſt minus, vt ipſe inquit, quod falſum exiſtimo cum inter viuos donare liceat quod ſecundum eum plus eſt.l.filius familias donare. ff. de donat. quia præter quam quod in eo textu hoc non probatur, vt ſtatim probabimus ab vno tantum caſu ſpeciali regulam argumento.l.ex his ff. de legibus.lex in filium familias donare tam eo caſu quo loquitur, ſcilicet, in donatione de bonis patris ſine eius conſenſu facienda inter viuos, quam cauſa mortis prohibet, donare autem cauſa mortis filio familias conſentiente patre iure non prohibetur. l. tam is. §. filius familias, Digeſtis de donatione cauſa mortis. Nec rurſus

rurſus obſtat argumentatio quæ de excommunicato ab ipſo traditur, ſcilicet, taſtamentum poſſe facere, non tamen ex eo percipere quod licet ipſe probare niſſus fuerit non potuit, & denique ad excommunicatum propter hæreſim tantum ſuam retraxit ſententiam, qui nec ex teſtamento capere nec teſtari vt ipſe fatetur poteſt, vt per eum latius hic, num. 34.

Nam id verũ non cenſeo, quia excommunicatus teſtamenti factionem, tam actiuam quam paſsiuam habet nec ea ratione qua ipſi inquit à teſtamenti factione paſsiua arcetur, quia à communibus actibus tam iudicialibus, quam extraiudicialibus repellitur, vbi de ipſorum vtilitate agitur, nam præterquam quod hæc ratio eſt falſa etiam ſi vera eſſet militaret in teſtamenti actione ſimiliter actiua, quæ excommunicato minime prohibetur, vt latè diximus in l. 3. ſuprà numero 15. in additione ibi, item quæro an excommunicatus poſsit teſtari, &c. Præterea, Telli rationẽ falſam eſſe conſtat, ex text. in capit. fœlicis. §. verum de pœnis, libro 6. ca. ſignificauit de eo qui duxit in matrimonium, cap. quoniam multos 11. quæſt. 3. ibi, & emere, & capere ab excommunicato text. formalis in cap. ſi vere de ſententia excommunicationis, quibus iuribus manifeſte liquet oẽs actus & contractus etiam ad ſuam vtilitatem poſſe excommunicatum, gerere vt latiſsime tradit Spino in Rubric. de teſtament. gloſſ. 11. num. 66. & ſequent.

Minus etiam obſtat oppoſitum correlatiuorum quo ipſe negat teſtari, & ex teſtamento capere eſſe correlatiua, cum id apertè conſtet, nam ſicut patrem ſine filio non poſſumus dare ita nec teſtatorem ſine aliquo qui ex ſua diſpoſitione aliquid percipiat. Nec quarta ratio domini mei diuinationem, vt ipſe Tellus inquit continet quod ex eo probatur, nam cum de iure antiquo condemnatum teſtari prohibitum eſſet tanquam pœnæ ſeruum eadem etiam ratione in cõſequentiam ex teſtamento capere fuit ei prohibitum. l. quidam ſunt ſerui de pœnis cum igitur hodie iam permiſſum ſit condemnato ad mortem, vt facere teſtamentum poſsit quod magis eſt vt ſupra probauimus, vt puta impedimento quo id facere prohibebatur ſublato, id eſt ſeruitute in conſequentiam ex teſtamento quod minus eſt capere poterit.

Ex quibus corollarie deducitur, quam abs re dominum meum Tellus repræhenderit in huius l. interpretatione ſimul cum Gometio Arias aſſerens multa verba eos extra materiam effundere eo quod declarare conantur, ſi damnatus ad mortem ſeruus pœnæ efficiatur, necne cum vaſis & fundamentum materiæ totius legis ſit, vt ex ſuprà traditis conſtat huius quæſtionis reſolutio. Denique domini mei ſententiam, licet non ſic declaratam, ſequuntur Velazquez de Auendaño hic, gloſſa quinta, numero 9. Azeuedus in l. 2. gloſſ. 3. titulo 4. libr. 5. numero quarto. Matiençus ibidem numero 6. & mutato conſilio eam etiam ſequũtur Gregorius in l. 3. titulo 31. part. 7. verbo, ſeñalados, ad medium, Mieres in tractatu maioratuum, quæſt. 1. numero 52. & his non relatis, Spino in ſuo ſpeculo Teſtamentorum, gloſſ. 8. Rubricæ numero 5. & 6. ideo autem latius quam opus id expoſtulat ſum progreſſus, quia neminem Telli cõtra dominum meum obiectionibus reſpondentem inueni, licet multos eum ſequentes, prout ipſe Tellus ſequitur, quotieſcunque autem articulos, ſeu quæſtiones diſputantes & declarantes inuenero remiſsiuè procedam aliorum fundamenta non tranſcribendo.

## *Ad l. 5. quæ hodie eſt l. 4. titul. 4. lib. 5. Recopilationis.*

VIde de huius legis materia præter ſcribentes hic Matiençum in d. l. 4. titul. 4. titulo 4. libro 5. Recopilat. & Azeuedum ibidem. Coſtam in cap. ſi pater, pagina 200. numero 3. Gutierrez in quæſtionibus ſuis libro 2. quæſt. 19. Diegum Perez in 2. parte Ordinamenti fol. 111. columna 2. verſiculo, deducitur, & ibidem fol. 112. columna 1. in verſiculo, præterea nõ eſt. Ioannem Horoſcium in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure, numero 181. & in l. in publicis cauſis. ff. de adoptionibus. num. 2.

* Ad numerum 2. ibi.) Et breuiter & reſolutiue dico, quod bene poterit teſtari de bonis exiſtẽtibus in iſto Regno, &c. Id etiam tenet Paulus Pariſius conſil. 12. volumine tertio. Gocadinus conſilio 49. Azeuedus in dict. l. 4. titul. 4. lib. 5. Recopil. num. 15.

## *Ad l. 6. quæ hodie eſt l. 1. titul. 8. lib. 5. Recopilationis.*

VIde præter ordinarios hic Azeuedum, & Matiençum in dicta l. 1. titulo 8. lib. 5. Coſtam in cap. ſi pater, pagina 193. numero 8. & pag. 491. numer. 23. Gutierrez libro 2. quæſtionum. quæſt. 95. 97. 98. & 99. Mieres in tractatu maioratuum, 1. part. quæſtione 33. numero 3. fol. 200. & 1. part. quæſt. 40. numero 15. fol. 155. & illa verba explicat, el tronco al tronco, y la rayz a la rayz, in 4. parte quæſt. 19. numer. 14. folio 455. Menchachã lib. 1. de ſucceſsionum creatione. §. 1. numero 9. Emanuelem Suarez à Caſtro Luſitanum meus condiſcipulus, tractatu de bonisque liberis, numer. 52. & 84. qui tam Salmanticæ publicè in ſcholijs docens quam Coimbræ voluminis Cathedram regens, nunc demum in Regia curiæ aduocationis officio deſeruiens.

* Ad numerũ 1. ibi.) De iure antiquo digeſtorum pater non ſuccedebat abinteſtato filio ſuo in poteſtate defuncto iure hæreditario, &c. Eandem ſententiam amplectitur Matiençus in dict. l. 1. titul. 8. lib. 5. Recopil. gloſſ. 3. num. 4. Velazquez de Auendaño ibi, gloſ. 4. num. 2.

* Ad numer. 2. ibi.) Tanquam verius & legitimus hæres & iure hæreditario, &c. Vide Matiençum in dict. l. 1. gloſſ. 3. num. 5. Velazquez de Auendaño gloſſ. 4. num. 6. hic.

* Ad numer. 3. ibi.) Et effectus eſt maximus, &c. Eundem effectum conſiderat Matiençus vbi ſuprà, numer. 7. & Velazquez hic gloſſ. 4. nu. 5. alios allegantes.

* Ad num. 5. ibi.) Ex quo ſingulariter & ſubtiliter infertur, quod in ſucceſsione huius lineæ aſcendentium non habet locum repræſentatio, &c. Hanc ſententiam ſequuntur Palacios Rubios hic numer. 9. Tellus Fernandez num. 16. Couarruuias in epithome ſucceſſ. ab inteſtat. numer. 3. ver. 4. aſſertio, & cap. 29. numer. 34. cum alijs quos congerunt, & ſequuntur Matiençus vbi ſuprà num. 12. Velazquez de Auendaño hic, gloſ. 2. num. 2.

* Ad numer. 6. ibi.) Secunda melior, & ſubtilior ratio eſt, &c. Hanc eandem rationem tradit ipſe dominus meus in primo tomo Variarum, cap. 1. num. 4. quam ſequuntur Velazquez & Matiençus vbi ſuprà.

* Ad num. 8. ibi.) Sed his nõ obſtantibus ego teneo contrariam ſententẽtiam, &c. Eandem tenet Cumanus conſil. 122. Corneus conſ. 265. lib. 4. & cõſil. 94. lib. 1. & conſil. 7. lib. 3. Caſtillus hic gl. 1. Greg. in l. 4. titul. 13. part. 6. verbo, ygualmente. Couar. in epithome ſucceſ. num. 2. Matiẽçus alios plures referens in dict. l. 1. tit. 8. lib. 5. gloſ. 3. nu. 17. & gl. 5. nu. 1. Greg. Lopez in l. 6. tit. 13. par. 6. gl. 10. verbo, de padre de ſu padre.

* Ad num. 9. ibi.) Et aſcendentes ex linea materna qui ſint in pari gradu ſemper admittuntur pro medietate, &c. Vide Gregorium idem docentem in l. 4. titulo 13. partita 6. Palacios Rubeus hic, numero 10. Couarruuias in epithome ſucceſſ. num. 4. Matiençus in dict. l. 1. tit. 8. lib. 5. gloſ. 3. num. 14.

* Ad num. 9. ibi.) Item adde quod de iure communi fratres vel ſorores, &c. Vide Velazquez de Auendaño hic gloſſa 2. num. 3 alios congerentem.

* Ad nu. 10. ibi.) Quod filius naturalis vel ſpurius legitimatus, &c. Sic hæc verba intelligit Matieçus vbi ſupra gloſſ. 6. per totam, Velazquez hic gloſ. 9. etiam per totam, Azeuedus in dict. l. 1. num. 64. ſed quid ſi filius exhæredato filio ex iuſta & legitima cauſa extraneum inſtituat & patrem præetereat quo caſu extraneo excluſo patrem ſuccedere poſſe affirmat Azeuedus in dict. l. 1. num. 65.

* Ad num. 11. ibi.) Pater auus vel aſcendens qui habet vſum fructum, &c. Videas Velazquez de Auendaño hic gloſ. 6. nu. 2. Matiençum in l. 1. tit. 8. lib. 5. gloſ. 3. nu. 1. vſque ad 21. vbi latiſsimè id proſequuntur.

* Ad num. 11. ibi.) Et eum debet habere præcipuum per tempus vitæ ſuæ. Idem tenet Pinelus in l. 1. par. 1. num. 39. C. de bonis mat. Matiençus in l. 9. tit. 1. lib. 5. Recopil. gloſ. 1. vbi per totam congerit ſex caſus in quibus pater vſum fructum bonorum filij habere poteſt.

* Ad nu. 12. ibi.) Ex quibus infero, &c. Circa hanc & ſequentem illationem vide Velazquez de Auendaño hic gl. 6. & Matiençum in dict. l. 1. gl. 3. num. 18.

* Ad num. 14. ibi.) Cõtrariã tamen ſententiam, &c. Hanc domini mei ſententiã ſequuntur Menchaca de ſucceſſ. progreſſu lib. 1. §. 1. num. 31. Azeuedus in l. 4. tit. 4. lib. 5. nouæ Recop. qui in praxi ſeruãdam aſſerit, verum cõtrariam ſententiam cauſa diligentius examinata videtur tenere dominus meus in l. 48. infrà his legibus num. 7. Gregorius in l. 13. titul. 1. part. 6. verbo, que eſta en poder, Pinelus in l. 1. C. de bonis mater. 1. par. num. 44. Perez in l. 1. titul. 2. lib. 5. ordinam. gloſſ. 1. colum. 3. verbo, intellige tamen. Tellus hic. num. 3. & 4. Peralta in Rubr. de hæred. inſtit. nu. 180. Rojas de ſucceſſ. ab inteſt. cap. 29. nu. 23. Mieres de Maioratib. 1. par. q. 1. num. 46. Molina lib. 2. cap. 9. num. 22. vſque ad 24. Matiençus in l. 4. tit. 4. lib. 5. gloſ. 3. nu. 3. & gloſ. 4. num. 1. Velazquez hic nu. 14.

* Ad nu. 16. ibi.) Poſtremo & finaliter notandum eſt, ex noſtra lege in fin. quod licet aſcendentes ſuccedant deſcendentibus, &c. Idem tenet Caſtillus hic verbo, el fuero de la tierra, Palacios Rubeus, num. 35. Gomez Arias num. 28. Matiençus in dict. l. 1. titul. 8. lib. 5. gloſ. 9. nu. 2. & 3. Velazquez hic gloſ. 11. num. 1. cum ſeq.

### *Ad l. 7. quæ hodie eſt l. 4. titulo 8. lib. 5. Recopil.*

Circa huius legis materiam & intellectum vide Velazquez de Auẽdaño hic, Matiençum & Azeuedum in l. 4. tit. 8. lib. 5. Recopil. & quæ dominus meus ſcribit in l. præcedenti num. 4. Mieres in tractatu maioratuum, 1. par. q. 58. nu. 33. fol. 210. Menchacam de ſucceſsionum creatione lib. 1. §. 1. num. 9. & §. 3. num. 2.

### *Ad l. 8. quæ hodie eſt l. 5. titul. 8. lib. 5. Recopil.*

De materia & intellectu huius legis vide vltra ſcribentes hic Tiraquel. de retractu linagier. §. 1. gloſ. 12. Rojas de ſucceſsione ab inteſtatu cap. 32. num. 18. & 19. Molina lib. 3. de primogenijs cap. 7. numer. 21. & 22. Matiençum in l. 1. titul. 8. l. 5. Recopil. & Azeuedum ibid. Diegum Perez primo tomo Ordinament. fol. 141. colum. 1.

* Ad num. 1. ibi.) Vnde ille qui tẽpore mortis reperitur proximior, &c. Vide Matiençum alios congerentem in l. 5. tit. 8. lib. 5. Recopil. gloſ. 1. num. 1.

* Ad num. 2. ibi.) Et ad cognoſcẽdum quid ſit proximior in gradu &c. Sed dubitari ſolet vtrum proximitas hæc attendẽda ſit reſpectu vltimi poſſeſſoris vel reſpectu primi fundatoris, & attendendam eſſe reſpectu vltimi poſſeſſoris tenet Socinus in l. ſi Cognatis. num. 40. ff. de rebus





dubijs. & in l. hæredes mei. §. cum ita. numer. 21. ff. ad Trebel. & conſil. 73. nu. 14. lib. 4. & conſil. 43. lib. 3. & conſil. 86. num. 11. lib. 3. Corneus conſil. 22. lib. 2. & conſil. 96. libro 1. Curtius Iunior conſil. 125. num. 4. Antonius Rubeus conſil. 36. cum duobus ſequentibus, latè Marianus Socinus conſil. 126. lib. 1. num. 36. Gozadinus conſil. 4. numer. 17. & 31. Tiraquellus de retractu lib. 1. §. 11. gloſ. 1. in fin. Clarus lib. 3. §. teſtamentum. quæſt. 76. num. 14. vbi hanc appellat cõmunẽ, & nullo modo ab ea recedendũ in iudicando & conſulendo, Alciatus conſil. 480. num. 12. & conſil. 610. num. 4. Beroius in cap. in præſentia. num. 417. de probat. Menchaca libro 3. §. 26. num. 11. Aluarus Valaſcus de iure emphyteutico. quæſt. 50. numer. 34. Molina lib. 3. de primogenijs cap. 9. per totum, & lib. 1. cap. 6. num. 47. & libro 3. cap. 4. num. 14. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 15. part. 2. in verbo, el mas propinco pariente, ad fin. in verbo, nota item. Valle conſil. 100. num. 10. & 18. Pelaez in tractatu maioratuum. 2. part. quæſt. 8. Pariſius conſil. 2. num. 47. volu. 1. Burgos de Paz conſil. 29. & 8. & 41. & 51. Matiençus in l. 7. titul. 11. lib. 5. Recopil. gloſſ. 2. num. 1. fol. 354. verbo, y alguno de aquel abolengo. & in l. 8. titul. 11. lib. 5. gloſſ. 3. fol. 373. verbo, otro pariente propinco, Menchaca lib. 3. §. 27. num. 4.

* Ad numer. 2. ibi.) Semper debet fieri computatio incipiendo ab illo collaterali, qui vult ſuccedere, hanc computationẽ ſic fore faciendam teſtatur Gregor. Lopez in l. 3. titul. 6. par. 4. Matiençus in d. l. 5. tit. 8. lib. 5. gloſ. 1. num. 4.

* Ad num. 3. ibi.) De iure nouo authẽticorum ſine differentia ſuccedunt agnati & cognati, idem docet Matiençus in d. l. 5. tit. 8. lib. 5. gl. 1. num. 5. Couar. in epithome ſucceſsionum num. 11.

* Ad num. 5. ibi.) Hodie vero cum ſit ſublata differentia agnationis, & cognationis, tam agnati, quam cognati ſuccedunt vſque ad decimum gradum, vide Couar. idem tenentem in epithome ſucceſſ. numero 11. Matiençum vbi ſuprà. gl. 1. num. 2.

* Ad numer. 6. ibi.) Nota totum hunc numerum poſſe addi ad l. 40. nu. 5.

* Ad num. 6. ibi.) Quia tunc ſuccedunt quicunque collaterales vſque in infinitum, idem tenet Gregor. in 6. tit. 13. p. 6. verbo, dezeno grado, Catelianus Cota in vltimis memorabilibus, in verbo, agnati Gouarr. in epithome ſucceſſ. num. 12. & communem eſſe teſtatur idem Couar. lib. 3. Variarum reſolut. cap. 5. numero 4. videque Matiençum latiùs id tractantem pluresque alios allegantem, vbi ſupra numero 3.

* Ad numer. 6. ibi.) Et hoc intelligo & extendo. &c. Vide Couar. in lib. 3. Variarum reſolut. cap. 5. num. 4. & Matiençum in l. 1. titul. 7. gloſſ. 7. in fine. & in l. 11. tit. 7. gl. 7. num. 3. & 4. & in l. 5. tit. 8. lib. 5. Recopil. gl. 1. nu. 3. qui latius reſpondent ad authenticam de reſtitutione fideicõmiſſ. §. nos igitur.

* Ad num. 7. ibi.) Aduertendum tamẽ eſt, ſi ergo patruus decedat relictis filijs duorum fratrum, quorum alter ſit ſibi coniũctus ex vtroque latere, alter ex vno tantum proculdubio filij fratris vtrinque coniuncti præferuntur in ſucceſsione filijs fratris ex vno latere tantum, vt tenet hic dominus meus, & Gregorius Lopez in l. 5. titul. 13. par. 6. Couar. in epithome ſucceſsion. num. 7. Matiençus in l. 5. tit. 8. lib. 5. gloſſ. 1. numer. 6. Gomez Arias hic, num. 14. Tellus num. 4. & 5.

* Ad num. 7. ibi.) Imo quod magis eſt filius vel filia fratris vtrinque coniuncta præfertur alteri fratri ex vno latere coniuncto, &c. Idem tenet Gomez Arias hic, numero 19. Matiençus in dict. l. 5. titul. 8. lib. 5. goſſ. 1. num. 7. Velazquez hic, gl. 3. num. 2. Mieres in tractatu maioratus. 2. par. q 7. num. 8.

* Ad num. 8. ibi.) Vnum tamen in hoc ſingulariter eſt notandum quod iſta maior qualitas coniunctionis non eſt attendenda

denda nec conſideranda vltra prædictos fratres & filios fratrum, &c. Idem tenet Tellus hic, numero 5. Gregorius in l. 5. titulo 13. part. 6. verbo, hermana, Couar. in epithome ſucceſſ. numer. 9. Matiençus in dict. l. 5. gloſſ. 1. num. 8. Velazquez hic, gl. 2. num. 3.

* Ad numerum 8. ibi.) Si vero concurrat ex vna parte frater conſanguineus tantum ex parte patris, & ex alia frater vterinus, &c. Vide Gomezium Arias idem tenentem hic numero final. Gregorium Lopez in l. 6. titul. 13. part. 6. gloſ. 1. Couarruuias in epithome ſucceſſ. numero octauo. verſicul. 3. eſt animaduertendum. Matiençus in dicta l. 5. gloſſa 1. numero 9.

* Ad numer. 8. ibi.) Item adde quod vltra fratres, & eorum filios non habet locum iſta diſtinctio & ſeparatio bonorum, &c. Idem tenet Gregorius in l. 6. gloſſa 1. titulo 3. partit. 6. Couarruuias in epithome ſucceſſ. numero 8. verſicul. 3. dices hanc communem, Matiençus alios referens in l. 3. titulo 8. libro 5. gloſſa 1. num. 12.

* Ad numerum 9. ibi.) Videant vocati fratres vtrinque coniuncti quia in dubio, &c. Idem tenet Tellus hic, num. fin. ad fin. Rojas de ſucceſſ. ab inteſtat. capite 32. numero 12. & cap. 6. num. 11. & 12. Mieres in tractatu maioratus 2. par. q. 7. verbo, edixit, notabiliter, Velazquez hic, gl. 2. num. 2.

* Ad numerum 10. ibi.) Sed pariter cũ eo ſuccedunt, &c. Eandem ſententiam tenet Couarruuias in epithome ſucceſſ. numero 7. Matiençus in dicta l. 5. titul. 8. lib. 5. gloſſ. 1. numero 14. Velazquez hic, gloſſ. 2. numero 1. Rojas de ſucceſſ. ab inteſt. cap. 32. nu. 9. cum alijs quos Velazquez vbi ſuprà refert, aſſerentes idẽ ſeruãdum in teſtamentaria ſucceſsione ſi teſtator fratres inſtituerit ſimpliciter etiam conſobrini vocati intelliguntur, vt tradit Spino latè in ſpeculo teſtam. gloſſ. 1. principij num. 49.

* Ad numerum 10. ibi.) Vnum tamen eſt, vide quos addidimus in numero 7. ſuprà circa fin. ibi, imo quod magis eſt, &c.

* Ad numerum 14. ibi.) Iudicandum eſt ſecundum opinionem Azonis, &c. Secundum quam iudicandum eſſe etiam defendit Caſtillus hic, gloſ. 1. Ciſuentes numero 4. Tellus Fernandez numero 3. Rojas de ſucceſſ. ab inteſtat. cap. 32. num. 18. & 19. Molina libro 3. cap. 7. numero 21. & 22, Matiençus in l. 5. titulo 8. lib. 5. Recopila. Gomez Arias hic, numero 3. & 4. imo & in ſtricta diſputatione veriorem eſſe Azonis opinionem, eamque hac l. Tauri probari aſſerit Velazquez de Auendaño gl. 1. per totam.

* Ad numerum 14. ibi.) Item etiam iuxta prædicta vtiliter & neceſſario quæro, ſi quis decedat ab inteſt. relicto patruo vel auunculo, &c. Si tamen quis decederet relicto patruo vel auũculo & alterius patrui filijs hoc eſt, primos hijos de hermanos, patruus præfertur. l. auunculo. C. communia de ſucceſſ. tradit Ioannes Yañez Parladorius lib. 2. rerum quotidianarum cap. 15.

* Ad eundem numerum ibi.) Sed his non obſtantibus ego teneo contrariam ſententiam, imo quod ſolus filius fratris iam defuncti admittatur, &c. Eandem ſententiam tenet Matiençus in dicta l. 5. titul. 8. libro 5. gloſſa 1. num. 19. reſpondens ad text. in dict. l. vltima. §. cum autem tertio gradu. C. de legit. hæred. correctam eſſe per authenticam poſt fratres la 1. C. de leg. hæred. Parladorius lib. 2. rerum quotidianarum cap. 15.

* Ad eundem numerum ibi.) Secundo & formaliter, &c. Huic fundamento adde non obſtare quod repræſentatio expreſſe ſit permiſſa filio fratris tantum ad ſuccedendum cum ſuo patruo, vnde non debet ad hunc caſum extendi, nam reſpondeo quod ſi repræſentatio ad ſuccedendum permittitur cum eo qui gradu vno proximior eſt, & videtur potius ius





habere quanto magis cenſebitur permiſſa ad excludẽdũ eũ, qui in eodẽ gradu eſt: nec rurſus obſtat, ꝙ patruus ille etiam repræſentãdo patrem ſuũ debere præferri cũ pater eius ſit aſcendens, hoc eſt auus eius de cuius ſucceſsione tractatur, qui collateralibus quantumcũque proximis præfertur: nã reſpondendũ eſt in aſcẽdẽtibus nõ dari repręſentationẽ vt ſupra docet latè dominus meus in l. 6. nu. 5. & vide Matien. in l. 5. ti. 8. lib. 5. Recop. gl. 1. n. 19.

* Ad num. 17. ibi.) Sed ego teneo contrarium, imo quod ſolum admittantur, & præferantur fratres, &c. Idem tenet Azeuedus in l. 5. titulo 8. libro 5. Recopil. numero 6. Couarruuias cum alijs ab eo relatis in pract. cap. 38. numero 4. Coſta in quæſtione de patruo & nepote, pag. 87. Velaſcus de iure emphyteutico quæſt. 30. num. 31. Spino alios referens in Speculo teſtament. gl. 1. principij num. fin.

* Ad numer. 18. ibi.) Item adde pro cõplemento huius materiæ & lineæ collateralis, quod vltra filios fratrum, &c. Id etiam tenet Couarruuias in epithome ſucceſſ. numero 11. Matiençus in dict. l. 5. titul. 8. lib. 5. gloſſ. 1. numero 17. Azeuedus ibidem numero 2. Gregorius in l. 3. titulo 13. partit. 6. verbo, pariente, in fin. Tellus hic, numero 5. & Couarruuias in pract. cap. 38. numero 4. Spino in ſuo Speculo teſtament. gloſſ. 1. principij num. 47. vbi enumerat caſus, in quibus filius patris perſonam repræſentat. Limitanda tamen eſt hæc domini mei ſententia, vt nõ procedat in maioratibus in quibus repræſentationi locus eſt in linea collaterali etiam vltra fratrum filios, & ſic vltra tertium gradum, vt docet Emanuel Coſta in tractat. de maiorat. bonorum patrimonial. 3. limitatione. numer. 32. Couarruuias in practicis quæſt. cap. 38. numero 10. verſiculo 3. ad intellectũ. & lib. 3. Variarum reſol. cap. 7. nu. 19. & 20. quod & de iure communi procedere ſentit dominus meus infra numero 19. ibi. ſed adhuc hoc caſu, &c. & de iure regio indubitatum aſſerit inferius ibi, ſed hodie in noſtro Regno, ad cuius limitationis perfectam cognitionem videas ſequentem additionẽ.

* Ad num. 19. ibi.) Sed adhuc in hoc caſu contrarium poſſet dici & teneri, &c. Ex his verbis expreſſe colligi licet in maioratibus inter deſcendentes ex linea collaterali etiam reſpectu conſtituentis maioratum repræſentationem admitti vltra tertium gradum, quod etiam Coſtæ placuit in tractatu de maiorat. bonorum patrimonialium numer. 31. Couarruuias in pract. cap. 38. numero 10. verſic. 3. ad intellectum, Azeuedo in l. 5. titulo 7. libr. 5. Recopil. numero 3. Molin. ælib. 3. de primogenijs cap. 7. numero 9. & 10. & Matienço in l. 5. titulo 7. lib. 5. Recopil. glo. 4. numero fin. qui iniuſte dominum meum increpat contrarium tenere eum exiſtimãs, ex verbis domini mei deducens ibi, ex quo videbatur inferendum, quæ ſi bene conſidereatur, nec affirmatiua, nec quæſtionis deciſiua ſunt, quod ex eo conſtat, quod inferius ipſe docet ibi, ſed adhuc, &c. Item & ex verbo, videbatur, quo in illatione non ſine myſterio eſt vſus ad imperfectionem, & ambiguitatem denotandam iuxta vulgatam regulam. l. 1. §. defeciſſe videtur, & ibi Doctor. ff. de vi & vi arm. & ex ſequentibus verbis ibi, ſed hodie in noſtro Regno, vbi de iure Regio attenta l. 40. id indubitanter procedere docet, nec obſtat quod dñs meus in fine iſtius numeri inquit ibi, aduertẽdũ, &c. hoc clare procedere, ſcilicet, repræſentationem dari vltra tertium gradum in maioratibus inter collaterales, quando hi qui concurrunt ſunt deſcendentes ex vltimo poſſeſſore mortuo, quia non ideo negat repræſentationem eſſe dandam, quando non ſunt deſcendentes fundatoris, ſeu vltimi poſſeſſoris licet hoc non ſine dubio procedat hoc caſu, & licet dominus meus cõtrariam ſententiam prout ipſe Matiençus contendit tenere videatur defendi optimè poteſt, & ſuſtineri prout eam tenet Gregorius Lopez

in l. 2. titul. 15.part.2. verbo, el pariente mas propinco, colum. 2. verſic. ſed quid ſi aliquis, & licet ſatis confuſe, Mieres in tractatu maior.2.par.quæſt.6.num.31.& docte Velazquez de Auendaño, lateque contrariæ partis fundamentis reſpondẽs in l. 40. Tauri. gloſſ.14.à num. 20. vſque ad fin. gloſſæ.

* Ad numerum 19. ibi.) Præferatur filius vel deſcendens ex filio maiori præmortuo, &c. Id etiam tenet Matiençus vbi ſuprà num.17. ad fin. & Azeuedus in dict.l.5.titulo 8. libro quinto Recopilat. numero 4.cum alijs quos ipſi allegant, & Couarruuias in practic quæſt. capit 38. num.9.& 10.

* Ad num. 20. ibi. ) Quod deficiente linea collaterali de qua plene dictum eſt, & ſic poſt decimum gradum admittitur vir & vxor, &c. Idem tenet Matiençus in dicta l.5.titulo 8.libro 5.Recopil. gloſſ.1. numero 20.cum alijs quos ipſe congerit, Rojas in epithome ſucceſſ.c.33. vbi plures vtilitates quas maritus & vxor ex hac ſucceſsione conſequuntur enumerat. illud enim conſideratione dignũ eſt, quod ſi matrimonium fuit abſque dote contractum vxorque præmoriens ſit diues, & vir ſuperſtes inops ſit, tunc vir ſuccedit cum liberis communibus in 4.parte bonorum vxoris authentica, præterea. C. vnde vir & vxor.l.7.titul.13.part.6. tradunt Doctores in l.1.ſolut. matrimonio. Segura in l. cohæredi. §. cum filiæ. num. 210.de vulg. Caſtillus in l. 3. Tauri. cum alijs quos allegat Spino in ſpeculo teſtamen.gl.1.principij.num.36. in fin.

* Ad numerum 21.ibi.) Quod notabiliter extende, &c. Vide Matiençum vbi ſuprà, & Couar. in epithome ſucceſſ. nu. 11. ad fin. idem tenentes.

* Ad numer. 23.ibi.) Item adde quod ad hoc vt iſta ſucceſsio, &c. Vide Matiençum in dicta l 5.tit.8.lib. plures alios allegantem gl.1.num.21.

* Ad numerum 24. ibi. ) Contrariam tamen ſententiã, &c. Eandem tenet Spino in ſpeculo teſtament.gloſſ. 1. princip. num.37.& 38.

## *Ad legem nonam.*

¶ Quæ hodie eſt l.7.titul.8.lib. 5. Recop. cum l præcedenti iuncta l. 10. quæ hodie eſt l.8.titul.8.lib.5. & l. 11. quæ hodie eſt l.9.tit.8.lib.5.& l.12. quæ hodie eſt l. 10. titul.8.lib. 5.

De materia & intellectu l.9. vide vltra ſcribentes hic, Dominum Franciſcũ Sarmient.lib.1.ſelect.cap.5.num.8. & cap.6. & 7.& Coſtam in cap. ſi pater.2.par. verbo, bona omnia, numer. 13. Gutierrez in lib.2.quæſtionum.quæſ. 105.106.107.& 108.Diegum Perez tomo 2. ordinamen. fol.152.col.1.in verſiculo, ſed circa præmiſſa, & quæſt.8.columna 2.ad fin. Ioannem Horoſcium in l.vulgo concepti numero 12.ff.de ſtatu hominum. Menchacam de ſucceſsionum creatione. libro 1. §.1.num.9.

## *Ad legem decimam.*

¶ Vide Matiençum, & Azeuedum in dicta l.8.titul.8.lib.5.Recopil. Gutierrez in libro 2. quæſtionum.quæſt.109. & 110. Mieres in tractat. maiorat. 1. par. quæſt. 58.num.34.fol.210.Molinam de primogenijs lib.1.num.55. fol. 361. Laram de alimentis in § idem reſcripſit numer.66. Menchacam de ſucceſsionum creatione. lib.1.§.1.num. 9.

## *Ad legem vndecimam.*

¶ Vide Matiençum & Azeuedum in dicta l.9.tit.8.lib.5.Recop Gutierrez lib.2. quæſtionum.quæſt.111.& 112.

## *Ad legem duodecimam.*

¶ Vide Matiençum & Azeuedum in dicta l.10.titul.8.lib. 5. Ioannem Horoſ. in l.cum legitimæ.ff.de ſtatu hominum.numero 4.Menchacam de ſucceſſ.creatione lib.3.§.27.num.19.

De materia autem l. 12. Vide Molinã de primogenijs.cap.3.per totum. & Rojas de ſucceſſ.ab inteſtat. cap. 15. & 23.& Gutierrez in §.ſui inſt.de hæredum qualitate



litate & differentia.nu. 187. Matienç m in l.10.titulo 8.lib. 5. Recopil. Azeuedus ibidem.

* Ad numerum 1.ibi.) Quod filius naturalis eſt ille, qui eſt natus & procreatus, &c. Vide Paleotũ de nothis ſpurijſq; filijs, cap.11.& 12. Velazquez hic, gloſ.1. num.1.Matiençum in l.9.titul.8. libro 5. Recopil.gloſſ.2. num. 2. Tellum in l. 11. num.1.Azeuedum in dict.l. 9. titul.8.lib. 5.Recopilat.numer. 1. Gomez Arias hic, num.1.

* Ad numerum 1. ibi. ) Sine diſpenſatione, &c. Idem tenet Couar. de ſponſal. 2.par.cap. 8. §.4 num. 2. Gregor. Lopez in l.2.gloſſa penultima.titul.14.& in l. 1. gloſſ.1.titul.15. par. 4. cum pluribus alijs quos congerit Matiençus vbi ſuprà nu.3. ad finem.

* Ad numerum 1. ibi.) Quod ſi pater non recognoſcat eos in filios, &c. Ita Matiençus in l.9.gloſ.4.num.1.tit. 8. libro 5. Recopil.

* Ad numer. 2. ibi. ) Item notabiliter dico, quod quando concubina eſſet vnica & retenta in domo, &c. Idem docet Couar. de ſpouſ.2.par.cap.8.§. 4. numero 7. Auendañus in ſuo dictionario, verbo, hijos naturales, Dueñas alios allegans in regul. 344. ampliatione 3. Matiençus alios etiam referens in dict.l.9.gloſſ.4. num.2. titul.8.libr.5. Auiles in cap.5. prætorum. ca.43.verbo, o caſado, Azeuedus in dict. l.9.Recop.nu.11.

* Ad numerum 2.ibi.) Niſi tanto tempore maritus fuit abſens, &c. Idem Matiençus in l. 2. titul. 8. libr.5. gloſſa 4. numero 6.

* Ad numer.3.ibi.) Quod ex eo quod nominatus eſt, debet præſumi filius mariti, &c. Vide Paleotum de nothis idẽ tenentem cap. 24. & Barbatiam conſil. 58. tom.2. Decium conſi.657.cum alijs quos idem Paleotus per totum.cap. allegat Sotum de iuſtitia & iure lib.4. quæſt. 7. articul.2.

* Ad num.4.ibi.) Quod talis filius naturalis de iure antiquo nullo modo ſuccedebat patri: idem tenet Matiençus in l 9. titul.8.lib.5.Recopil.gloſ.1.nu. 1.cũ alijs quos ipſe allegat Couar. de ſponſ. 2. part. cap.8.§.4.num.9.

* Ad numerum 6. ibi.) Imo etiam ſi eſſet omnino ſpurius, &c. Sed quid ſi pater plures quam quinque legitimos haberet, & hoc caſu quintum ſpurio pro alimentis relinquere non poſſe ne melioris conditionis quam legitimus ſit tenet, Tellus in l.9.num.26.vſque ad 27.& in l.10. numero 10. Molina lib. 2. de primogenijs Hiſpan.cap.15. nu. 51. & late Velazquez de Auendaño in l.10.gloſ.2.num.2. licet Matiençus in l.7. tit. 8.lib. 5. gl.4. num.5. contrarium teneat, & vide infrà num.68. & quæ ibi ſunt addita.

* Ad numer. 6. ibi. ) Extantibus vero ſolis aſcendentibus, &c. Idem tenet Couar. in quarto.2.par.§.4.ca.8.in fin. quem omnino vide & Rojas de ſucceſſ. ab inteſtat.cap.14.& 15. per totum. vbi de filio naturali late loquitur, & in cap.26.ex numero 40.vſque in fin. vbi regulã cum viginti ampliationibus ſcripſit, Mieres in tractatu maiorat. 2. par. quæſt.2. num.4. Matiençus in l.7.titul.8.lib.5.gl.2.num.1. Azeuedum ibidem num. 19. Velazquez de Auendaño hic, gl.5. per totam.

* Ad numer. 7. ibi.) Adde tamen quod hodie de iure authenticorum, &c. Ea quæ in filijs naturalibus circa ſucceſsionẽ ſunt diſpoſita etiam in nepotibus, vt latè tradit Matiençus vbi ſupra num.3. Couar. in epithome de ſponſalibus 2. par. capite 8. §.4.num.10.in fin. vbi obiectioni Guillelmi Benedicti latè reſpondet qui contrarium tenuit in cap. Raynuntius, verbo, & vxorem, num.700.de teſt. per text. in authent. quibus mod. natur. efficiant. ſui §. nepotibus, & in l.vltima in fine.C.de nat. lib. quæ iura id tantum probare aſſerit. Couarruuias vbi ſupra nepotes etiam legitimos ex filio tantũ naturali inteſtato auo non ſuccedere vt legitimos non tamen negant dictæ leges, eos poſſe vt natu-

naturales ſuccedere. Idem tenet Gregorius Lopez in l.8.gloſſ.2.titul. 13. part.6. Rodericus Suarez in l. 1.titul.6.lib. 3.fori, verbo, hæc de filiorũ naturalium ſucceſsione in principio.fol. 88. Pinelus hæc late diſſerens in l. 3.num.20. & ſequentibus.C.de bonis mat.

* Ad num.7.ibi.) Imo quod magis teneo pro conſtanti, &c. Vide allegatos in numero præcedenti, ibi, adde tamen, qui idem tenent.

* Ad numer. 7. ibi. Iuncta ratione & communi ſententia, &c. Et confirmatur ex his quæ dicit dominus meus in l. 40. num.61.quæſt.7.principal.vbi concludit quod eo caſu quo filia excluditur in ſucceſsione maioratus, ita etiam filius maſculus deſcendens ex ea, & vide omnino quę ipſe ſcripſit infrà iſta l.num. 17. vbi quærit, an & quando nepos natus ex filio ſpurio, & damnabili coitu poſsit inſtitui ab auo.

* Ad numerum 8.ibi.) Nam in eodem iure & parte qua ſuccedunt filij, & nepos, &c. Vide Gomez Arias hic, num.7. Paleotum de nothis ſpurijsque filijs, ca.41. numero 3.ad fin.

* Ad num. 9. ibi.) Quod tamen debet intelligi & limitari, &c. Cõtrarium tenet Tellus hic, num.2.& Matiençus in l. 7. titul.8.lib.5.Recopil.gloſſ.6.numero 2. Paleotus de nothis cap. 41.nu.3. Azeuedus in dict.l.7.num.23.& vide Spinum de teſtament.gloſſ. 16.numero 71. Gregorius in l. 11.titul.13.part. 6. verbo, con legitimo, quod verum cenſeo, nam authentica ſi qua illuſtris.C. ad Orficianum. & l. 11. titul.3.par.6.id tantum prohibent vt legitimis extantibus ſpurij matri illuſtri non ſuccedant cæterum legitimis deficientibus ſpurios ſuccedere non vetat, vide etiam idem tenentem Velazquez in l. 9. gloſſ 3.num.3.

* Ad numerum 9. ibi.) Hodie vero attenta iſta noſtra lege Tauri, &c. Vide Azeuedum in l.7.titul.8.lib.5. Recopilat. numero 4.

* Ad num. 10. ibi.) Non extantibus vero filijs legitimis, &c. Vide quæ diximus in numero pręced.ibi.quod tamen debet intelligi.

* Ad numer. 10. ibi.) Vel alios aſcendentes legitimos, &c. Idem tenet Couar. de ſponſalib. cap. 8.§.4. in fin. Velazquez hic, gloſ.5.per totum. Matiençus in l.7.titul.8.gl.6.num.1.& in l. 1.titul. 8. libro 5. gloſ.etiam 6. Tellus hic, nu. 66. cum alijs quos ipſi allegant.

* Ad numer. 11.ibi.) Nec ſibi competat aliquod remedium, &c. Vide Couar. de ſponſal.2.part. cap. 8.§.4. numero 16. Ioannes Lupus hic, numer.6.& 7. Velazquez de Auendaño hic, gloſſ.4. numer. 1. Azeuedum in l.7.titul.8.lib. 5. Recopilat. num.19.Gregorium in l. 8. & fin. in fin. titul.13.par.6.Perez in l. 22. gloſſ. fin.tit. 3.lib.1.ordin.col.168.

* Ad numerum 12.ibi.) Poſſunt rumpere, & ſubuertere teſtamentum matris, &c. Idem tenet Couar. lib. 4. Variarum. cap.21.Azeuedus in l.7.titul.8.lib. 5. Recopil.num. 19. Velazquez de Auendaño in l.9.gl.4.num.1.

* Ad num.12. ibi.) Ita etiam ſuccedant contra teſtamentum, idem tenet Rojas in epithome ſucceſsionum cap. 14. num.7. pag.78.

* Ad numerum 12. ibi.) Iſti filij naturales ſeu ſpurij, ſunt ei hæredes ab inteſtato, &c. Hoc reputo nouum & ſingulare, nec obſtat ſuperior proxima concluſio quæ habet quod licet filius naturalis ſuccedat patri in duabus vncijs, ex teſtamento & ab inteſtato, non tamen contra teſtamentum, quia reſpondeo quod in noſtro caſu reperitur expreſſe deciſum in matre, quod poſsit rumpere, non vero in patre, vel aliter & ſubtiliter quia filius, reſpectu patris vocatur in parte & portione reſpectu vero matris, vocatur ſimpliciter & abſolute in omnibus bonis tanquam legitimus hæres & eget deciſione Regia.

* Ad numerum 13.ibi.) Item adde, &c. Vide



Vide hac de re late Couar.in 4.2.par.c.8. §.5.num.16.

* Ad num. 13. ibi.) Nullo modo ſuccedit patri, nec matri ex teſtamento nec abinteſtato, &c. Nec ex donatione aliquid talis filius ex damnato coitu habere à patre, nec à matre poteſt, ita Gregorius Lop.in l. 10.titul.13.par.6.gloſ. verbo, la donacion, Sotus lib.4. de iuſtitia & iure. art.1.pag.1287.verb.quod autem vſque in fin.vbi & leges partitarum, & ordinamenti allegans cõſiderat l.9.Tauri. eamque declarat, quod & fortius videtur probari ex l.4.titulo 3. part. 6. & vide latius per Azeuedum in l.7.titulo 8.lib.5.Recopil.uumero 27.vbi alios allegat & dominum meum infrà numer. 36. circa fin. & quomodo in nefario inceſtuoſo adulterino, & in habito ex Chriſtiano & mahometana, & à domina ex proprio ſeruo, & à famulo ex filia ſeu conſanguinea domini tradit latè Velazquez de Auendaño in dicta l.9.Tauri.gloſſ.9.à nu.6. vſque ad vltimum.

* Ad num.13 ibi.) Quia talis filius nullo modo ſuccedit, quia talis coitus eſt punibilis, &c. Vide Azeuedum in l.7.titul.8. libro 5.Recopilat. num.5.ad fin. Matiençum in l.6.gloſſa 3.numero 1.& 2.titul.8. libro 5.Recopilat. & Gregorium in l. 1.titulo 15.& in l.4.& final. titul. final. par.4. & Paulum Grillandum de hæreticis in titul. de pœnis omnifariam coitus per totum.

* Ad numerũ 14. ibi.) Tertio infero, quod ſi eſſet natus ex conſanguinea, &c. Imo & hic filius ex inceſtu natus matri non ſuccederet, vt arbitrantur Gregorius in l.penultima.titulo 13.par.6.glo.9. verb.hodie per legem. Rojas de ſucceſſ. ab inteſt.capite 26. numero 27. Matiençus in l.7.titulo octauo. libro 5. Recopilat. gloſſa 11. numero 1. & 2. Azeuedus ibi.numero 44. Velazquez de Auendaño hic, gloſſ.2.numero 4. Tellus Fernandez hic.numero 6.idem. Velazquez in gloſ.8. num.8. hic.

* Ad numer. 14. ibi.) Quarto infero, quod ſi eſſet natus ex patre vxorato, & matre ſoluta, &c. Hanc eandem ſententiam ſequitur Matiençus in l.7.gloſſ. 11. titulo octauo libro quinto Recopilat. & eandem videtur ſequi Palacios Rubeus in l.9.Tauri.numero 27. & vide Baldum in l. eam quam. C. de fideicommiſsis. numero 25.verſicul. & ſecus quod in iſtis licet confundi videatur ex l. 10. & 11. Tauri, ſolum enim permittitur naturali relinquere ſed hic non eſt naturalis cum tempore quo conceptus eſt vel natus pater non poterat cum eius matre contrahere eſt: ergo ſpurius, cui nihil relinqui poteſt præter quintum, & videas Rojas in epitome ſucceſſ. cap. 10. numero 38. Aymonem Crauetam, conſil. 166. nu.2. vbi poſt multos concludit natum ex coniugato, & ſoluta natum dici ex damnato coitu. Videas etiam Azeuedum in dicta l.7.Recopilat.num 39. Velazquez in l.9. numero 4.gloſſ.2. Couarruuias in quarto.2.par.cap.8.§.5.num.16.

* Ad numerum 14.ibi.) Ex teſtamento vero poterit patri ſuccedere ſicut quilibet extraneus: idem tenet Soto lib. 4. de iuſtitia & iure, quæſt.5.articulo 1.pagina 287.columna 2.verſic. itaque omnia ſua bona poteſt illi pater dare, & Palacios Rubeus in l.9.num. 27.his legibus Tauri, contrarium tamen & ſic quod etiam ex teſtamento ſuccedere nõ poſsint ſuppoſito, quod propriè ſumpto vocabulo ſpurij dicuntur omnes illi quos parentes tempore generationis etiam vtriuſque patris conſenſu accedẽte matrimonium contrahere non poſſunt, tenet Couarruuias in 4. de ſponſal.2.par.capite 8.numero tertio.folio 129. columna quarta. Perez in l. 1.titulo ſecundo. libro quinto Recopilationis. colum.98. Iulius Clarus lib.3.ſententiarum.§.teſtamẽtũ.quæſt.3. numero tertio. pagina 20. Menchaca libro tertio controuerſ.illuſtrium. ca. 102. numero ſeptimo.pagina 32. columna 1. in fin. cum ſequentib. Gregorius Lopez

per text. ibi in l. 10. titulo 13. part. 6. gloſſ.
verbo, heredar, Dueñas in regul. 366. li-
mitatione 7. Molina libro 2. capit. 11. nu-
mero 27. fol. 328. columna 1. in fin. cum
principio ſequentis, Velazquez de Auen-
daño hic, gloſſa ſecunda. numero 4. folio
22. & vide quæ diximus ſuprà in additio-
ne proxima.

* Ad numerum 15. ibi. ) Idem etiam
diſponit l. 22. titulo 3. libr. 1. ordinament.
&c. Contrarium tenet Perez, verbo, no
aya, in dicta l. 22. verbo, contrarium ta-
men, & Gregor. in l. 3. verbo, los de la ma
dre, titulo 21. part. 4. ſed opinionem hanc
ſecure, probat Tellus num. 34. verbo, ex
vltimis verbis docens in hac l. expreſſe
probari filium matri non ſuccedere. Quã
ſententiam probat etiam Couarruuias in
quarto. 2. par. cap. 8. §. 5. numero 17. aſſe-
rens, ita practicari, & Gregorium repre-
hendens.

* Ad numerum 17. ibi. ) Poteſt pater
vxorem eius inſtituere, & ei ex ſuis bonis
relinquere, quidquid velit, vide Rojas in
epithome ſucceſsionum cap. 20. num. 37.
pag. 105. & Diegum Perez in l. 22. titul. 3.
libro 1. ordinament. columna 163. verbo
3. cautela.

* Ad numer. 19. ibi. ) Et iſta ſententia
& concluſio videtur mihi verior de iure
pro qua primo facit, &c. Et vltra hic alle-
gatos eam probat Cumanus in dicta. l. ſi
quis inſtituatur de hæred. inſtit. & ex no-
ſtris Gregor. in l 19. titulo 3. part. 6. & vl-
tra hic allegata eſt text. expreſſus pro hac
parte in l. non eſt ambigendum, verbo,
vtcunque. ff. de bonorum poſſeſſ. vt ſic
caueas ab his qui contrariam ſententiam
tenuerunt, qui hic allegantur à domino
meo: quibus etiam ex noſtris accedit Pa-
lacios Rubeus in repet. Rubricæ. §. 29.
num. 4.

* Ad numerum 20. ibi. ) Adde tamen,
quod omnia iſta procedunt & ſunt vera
de iure communi, &c. Nepos tamen cle-
rici, ex filio ſpurio bene poteſt ab auo in-
ſtitui, vt latè tradit Matiençus in l. 6. tit. 8.
lib. 5. Recopil gloſſ. 8. nu. 24. & 25. & vide
infrà in additione ad num. 42. ibi. & non
tranſmutatur ad hæredes.

* Ad num. 20. ibi. ) Ita determinat l. 2.
titul. 3. lib. 5. ordinament. &c. Ea lex in fi-
lijs clericorum, ſolum loquitur & ad alios
non videtur extendenda ex traditis à Ma
tienço in l. 6. titul. 8. libro 5. Recop. gl. 4.
num. 8. vnde quod dominus meus gene-
raliter ait in filijs clericorũ & religioſorũ
*planè procedit: nam in alijs ſpurijs incor-
recta eſt l. ſi is qui ex bonis. ſecundum Co
ſtam in capit. ſi pater, verbo, omnia, nu-
mero 14.

* Ad num. 36. ibi. ) Quod nullo mo-
do valeat donatio, nec venditio, &c. Vi-
de quæ addidi ad num. 13. in principio,
ibi. nullo modo ſuccedit patri, &c. ſupra
hac lege.

* Ad numer. 37. ibi. ) De iure tamen ca
nonico, & eius æquitate bene ſunt capa-
ces alimentorum, &c. Ita etiam tenet Aze
uedus in l. 7. titul. 8. lib. 5. Recopil. nu. 29.
Dueñas regul. 367. ampliatione 5. Lara
in l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit nu-
mero 7. ff. de lib. agnoſcend. & vide Cu-
iatium conſultatione 2. rectè interpretãs
text. in dict. cap. cum haberet, & Paleo-
tum de nothis ſpurijsque filijs, numer. 4.
cap. 46.

* Ad numerum 38. ibi. ) Imo tenẽdum
eſt, quod diſpoſitio text. in dict. cap. cum
haberet procedit, & habet locum, &c. Idẽ
probat Fortunius in tractatu de vltimo
fine, num. 109. & eſt recepta opinio ſecũ
dum Couar. in 4. 2. par. cap. 8. §. 6. num. 6.
Dueñas in regul. 367. Laram in l. ſi quis à
liberis. §. idem reſcripſit numer. 17. ff. de
lib. agnoſcend.

* Ad numer. 40. ibi. ) Item adde quod
talia alimenta debeantur ſecundum indi-
gentiam, & qualitatem filiorum, &c. imò
neceſſaria tantum ad ſuſtinendam vitam,
vt colligitur ex eodem, cap. cum haberet
non enim ſplendide, & ſecundum digni-
tatem paternam præſtanda ſunt, vt notat
Antonius conſil. 209. num. 8. Palacios Ru





beus in repet. Ant. c. 3. notabili. §. 24. n. 3.
& eſt ratio quia ius canonicum reſpexit
ad præceptum naturale de alendis liberis
cap. ius naturale 1. diſtinct. obſeruat gloſ.
fin. ad fin. in dict. ca. cum haberet, vbi An-
tonius num. 11. Abbas num. 5. at ratio na-
turalis tantum euincit neceſſaria ad ſuſti-
nendam vitam eſſe præſtanda, quia præ-
ceptum naturale de alendis liberis ad hoc
tantum obligat, vt tradit Baldus in l. final.
§. ipſum autem de bonis quæ liber. Coua.
in quarto. 2. par. cap. 8. §. 6. numer. 8. facit
text. in cap. paſce. 86. diſtinctione 1. Ala-
redus de liberis agnoſcendis, ſed Couar.
ſupra contendit alimenta attenta digni-
tate parentum eſſe præſtanda, Nicolaus
de Vualdis de ſucceſsione ab inteſtato. 1.
par. num. 47. Matheſilanus eodem tracta
tu. membro. 3. artic. 1. num. 28. ante quos
Baldus conſil. 258. in fin. volum. 1. Abbas
conſil. 115. num. 1. volumine 2. atque ita
hæc videtur magis communis opinio.
Pro concordia dicendum cenſeo in filijs
naturalibus poſtremam opinionem pro-
cedere, priorem in ſpurijs ex ratione de
qua ſupra. Quam differentiam in modo
præſtandi alimenta naturalibus, & ſpu-
rijs agnoſcit Baldus conſil. 267. num. 6.
volumin. 1. Vulgar. in l. 1. num. 35. ſoluto
matrimonio.

* Ad numer. 40. ibi. ) Teneo quod ſo-
lum ex redditibus & non teneantur ven-
dere proprietatem, &c. Idem affirmat
Tellus hic, numer. 14. Velazquez in l. 46.
Tauri, gloſ. 4. num. 3.

* Ad num. 41. ibi. ) Etſi nolint paren-
tes dare credo quod poſsint compelli ea
præſtare, &c. Vide Couar. idem docen-
tem in epithome de ſponſalib. 2. par. ca. 8.
§. 6. num. 8. in fin. Perez in l. 22. tit. 3. lib. 1.
ordinam. col. 165. & in l. 1. titul. 1. libro 5.
pag. 131. in princ. Ioãnes Garſia de expen
ſis & meliorationibus cap. 3. nu. 7. & 28.
Molina de primogenijs lib. 2. c. 15. nu. 52.
cum ſequent. Matiençus in l. 8. tit. 8. lib. 5.
Recop. gloſ. 1. num. 12. quicquid contra-
rium tenuerit Tellus in l. 10. num. 3. cuius
fundamentis latè ſatisfacit Azeuedus in l.
7. titul. 8. libro 5. Recopilat. num. 11. alios
huius opinionis authores allegans, & Ve
lazquez de Auendaño in l. 10. gloſſa 2.
num. 6. qui duas quæſtiones reſoluit per
noſtram l. 10. vtrum pater poſsit vltra
quintum, ſin quintum ad alimenta non
ſufficiat aliquid filio ſpurio relinquere, &
vtrum poſsit ei quintum iſtud relinque-
re, ad alimenta ſi non egeat. In qua quæ-
ſtione dominus meus, hic, licet obſcure,
vt ipſe Velazquez ait, ſentire videtur
poſſe etiam hoc caſu patrem quintum ei
relinquere, tu eum omnino vide & ſuprà
allegatos qui late has duas quæſtiones re-
ſoluunt, & eundem Velazquez in l. 10.
Tauri, gloſ. 1. num. 2. qui ſimul cum Ma-
tienço in l. 8. titul. 8. lib. 5. gloſ. 7. num. 16.
& 17. & Tello vbi ſupra, & Rojas de ſuc-
ceſsionibus ab inteſt. cap. 22. a nu. 5. vſq;
ad 7. teſtantur ad alimenta nõ poſſe quin
tum tali in ſpecie filio diuiti relinqui ſed
iure ſucceſsionis, vt idem Tellus tenet in
dict. l. 9. nu. 34. & ſaluando Couarruuias,
cõſiderauit Matiẽçus in d. l. 8. gl. 1. nu. 18.

* Ad numerum 41. ibi. ) Teneo quod
ſi quintum ſufficiat pro omnibus omnia
ex eo extrahuntur, vide Matiençum in l.
8. tit. 8. lib. 5. gl. 3. num. 5. & 6. & Azeuedũ
in dict. l. 8. nu. 11. & in l. 2. nu. 16. & 17. tit.
1. lib. 2. & Tellum Fernandez hic, nu. 15.

* Ad num. 42. ibi. ) Et nõ tranſmittatur
ad hæredes filiorũ, &c. In dote data filiæ
ſpuriæ quæ alimentorum loco ſuccedit
eandẽ ſententiã, ſcilicet, quod ad hæredes
non tranſmutatur tenet Panor. conſil. 50.
nu. 2. & conſil. 155. vol. 2. Bald. Nouellus
de dote 6. par. priuil. 16. col. 2. ſed nõ pro-
cedit hęc opinio vbi pater expreſsit, quod
illa dos poſt mortẽ filiæ ſpuriæ pertineat
ad nepotes tũc enim ad eos tranſibit quo-
niã auus relinquere poteſt nepotibus legi
timis & naturalibus relictis ſeu ſuſceptis
ex filio ſpurio. l. fin. C. de natural. lib. do-
cet expreſſe Bartol. in l. final. num. 5. de
his quibus vt indig. Alexan. conſil. 158.
numero 4. volumine 7. & ſupra diximus

num.2.in additione ibi,adde tamen quod omnia iſta procedunt & ſunt vera , &c. quod tamen intelligendum eſt , quando auus nullum haberet filium legitimũ : eo enim extante,his nepotibus nihil dare poteſt,vt expreſſum eſt in dicta l.fin. & tradit Decius conſil.462.num.2.

* Ad num.42. ibi. Contrarium tamen hodie expreſſe diſponit l.10. in ll. Tauri. imo quod tales filij poſsint ad ſuos hæredes , &c. Vide aliquas limitationes per Azeuedum in l.7.titulo 8.lib.5. Recopil. numero 36.& ad hæredes poſſe proprietatem pro alimentis relictam tranſmittere tenet Dueñas , regul. 396. Tellus in l. 10.num.16.Couarruuias numer.15.cum alijs multis , quos congerit Velazquez in l.10.gloſſ.3.num.4.Suarez in l.1.titulo 6. lib.3.fori.fol.91.Lara de Alimentis in dicta l.ſi quis à liberis.§.idem reſcripſit.numero 30.& 75.Spino in ſpeculo teſtamẽ. gloſ.16.num.105.& 106.& communem dicit Tellus in l. 10. num. 16. Matienςus in l.8.tit.8.lib.5.Recop.gl.4. num.3.cum ſequent. Azeuedus vbi ſup.

* Ad numer.43. ibi. ) Et videtur quod ſic,&c. Vide Tellum Fernandez in l.10. num.15.Molinam lib. 2. de primogenijs. cap.15.nu.11.Paleotum de nothis & ſpurijs cap.47.num.6.

* Ad numerum 43.ibi ) Ergo in eo nõ poſsit grauari,&c.Niſi aliquid ex quinto ſuperſit pro alimentis non neceſſarium quo caſu cum ad alimenta minus quam quintum ſufficiat in illo exceſſu poteſt quodlibet grauamen , & onus apponi in eoque quod ſupereſt appoſitum cẽſetur, vt tenet Tellus Fernandez in l.10.numero 15.Lara in dict.l.ſi quis à liberis. §. idẽ reſcripſit de lib.agnoſcendis numero 61. cum 4.ſequentibus.Matienςus in l.8.titulo 8.libro 5.gloſſa 3.numer.quinto.quod ea ratione verum eſſe arbitror, quia quẽadmodum ſi quintum ad alimenta non ſufficiat tenetur pater non extantibus legitimis ſpurijs vltra quintum ſecundum ſuam qualitatem alimenta præſtare licet lege non caueatur , vt ſuprà numero 41. Dominus meus reſoluit cum ibi à me allegatis , ſi ex quinto aliquid ſupereſt, bene poterit in eo grauamen apponere argumento l.ſecundum naturam.ff. de regul. iuris quam ſententiam tenet etiam vltra ſupra relatos Azeuedus in l. 7. titulo 8. libro quinto. numero 18. & quod plus eſt nõ ſolum in eo grauari quod ſupereſt. ſed etiam priuari eo poſſe teſtatur Matienςus plures allegans in l.8. titulo octauo. libro 5. Recopilationis.gloſſa 1. numero 13.

* Ad numerum 44. ibi. ) Vnde teneo pro conſtanti, &c. Tenenda omnino eſt, hæc diſtinctio , quam præter hic allegatos:probat Ripa in l.1.numero 68.ff. ſoluto matrimonio.Couarruuias in quarto. 2.parte.cap.8.§.6.Dueñas regul.367. numero 3.

* Ad num.46.ibi.) Sed ſalua pace ego teneo contrariam,&c.Vide Caſtillum in l.9.Tauri. num. 8. Tellum in l.10. nu.25. idem tenentes probaturque expreſſe ex dicta l.8.titul.13.part.6. tradit Azeuedus in l.7.titulo 8.lib.5.Recopilationis nu.33. ad fin. licet contrarium voluerit , Rojas de ſucceſsionibus abinteſtato. capite 3. num.36.

* Ad numer.47.ibi.) Quod filius naturalis tantum non ſuccedit abinteſtato conſanguineis ipſius patris,&c.Vide Gregorium alios allegantem in l. final.verbo parientes otros, titulo decimotertio. part.6.

* Ad numerum 49. ibi. ) Sed credo quod non , ſed quod pariter ſuccedant cum ſint in eodem gradu , &c.Vide Azeuedum in l. 7. titulo 8. libro quinto Recopil. numero 4. circa medium. Gregorium in l.11.titulo decimotertio. parti.6. gloſſa ſecunda & tertia. Velazquez in l. nona. gloſſa ſecunda. numero final. fratre enim naturali ex parte matris abinteſtato mortuo ſuccedit alter frater naturalis vtrinque coniunctus hoc eſt , ex eodem patre, & eadem matre & præ-

fertur



fertur alteri fratri legitimo & naturali nato ex eadem matre,alio tamen patre, vt cum Gregorio tenet Matienςus in l.6. titul.8.lib.5.Recopil.gloſſ.4.circa finem, & adde quod naturalis filius ſuccedet omnibus conſanguineis matris ſimul cum legitimis , cum inter eos detur cognatio.l. hac parte.l.ſi ſpurius.ff. vnde cognati.tradit Couarruuias de ſponſalib.cap. 8.2.partis §.5.columna penult.ex quo ſequitur, quod ſi duo naturales fratres ſint ex eadẽ matre, & quilibet eorum decedat relicto filio legitimo & naturali ſeu naturali tantum,ita quod hi duo filij fratres patrueles ſint, Hiſpane,primos hermanos,ſi poſtea vnus ex his decedat ab inteſtato ſuccedet ei alter ſuperſtes & præfertur conſanguineis remotioribus,etiam legitimis cum inter iſtos detur cognatio atque ita debẽt ſuccedere ſecundum gradus prærogatiuam,idque veriſsimum mihi videtur,licet à nemine traditum cui ſententiæ videtur ſuffragari text.in l. final. titulo 13. part.6.

* Ad numer. 51.ibi.) Sed teneo quod non ſuccedant,&c.Idem tenet Ciſuentes in l.9.Tauri.num.12. Gregorius in l.11. titul.13.part. 6. gloſſa magna, Acoſta in cap.ſi pater,verbo,omnia.numer. 13. de teſtamentis in 6. & alij,quos refert Velazquez de Auendaño in l.9. gloſſa ſexta. numero 4. licet ipſe velit contrarium in d.l.9.gl.10.num.16.

* Ad numerum 55.ibi.) Quod principaliter duobus modis in iure noſtro poteſt fieri legitimatio,&c. De iſta materia legitimationis,vide late per Tellum in l. 12. Tauri.Molinam lib.3.de Hiſpan. primogenijs.cap.3.per totum.Rojas latiſsimè de ſucceſsione ab inteſtato capit. 23. & cap.15.Gutierrez in §. ſui.inſt. de hæred.qualit. & differentia. num. 187.cum ſequentibus,per Matienςum in l.10.tit.8. lib.5. & nouiſsime per Azeuedum in dicta l.10.

* Ad numerum 57. ibi. ) Vt procedat etiam , ſi pater contrahat cum concubina in articulo mortis , &c. Eiuſdem ſententiæ fuit Caſtillus in l.21. Tauri. numero 25. Ciſuentes numero 13. Tiraquellus in l.ſi vnquam. verbo , ſuſceperit liberos numero 73.C. de reuocandis donationibus. Dueñas in regula 350. limitatione prima.Molina de primogenijs libro 2.cap.5.numero 25.& 26.Matienςus in l. 10.titulo octauo. libro 5. Recopilat. gloſſa tertia. numero 4. Couarruuias in epithome de ſponſalibus. 2. par. cap.8.§. 2.num.10.

* Ad numerum 58. ibi. ) Præter quam ſi fiat in fraudem ſubſtituti,vel fideicommiſſarij,&c. Vide Molinam idem tenentem,& alios plures allegantem de primogenijs libro 2. cap. 5. numero 25. & 26. Tiraquellum in dicta l.ſi vnquam,verbo, ſuſceperit,num.74.C. de reuocandis donationibus.

* Ad num.61. ibi.) Et certe eſt ſubtilis & notabilis quæſtio, &c. Vide de hac quæſtione latiſsime Couarruuias de ſpõſalib.2.par.cap.8.§.2.numero 18.Dueñas regula 350.limitatione 2. Matienςum in l. 10. titulo 8. libro 5. Recopilat. gloſſ. 3. numero 5.

* Ad numer. 64. ibi. ) Ego teneo contrarium,imo quod præferatur filius legitimus & naturalis, &c. Hanc ſententiam ſequitur etiam Molina de primogenijs libro 3.cap.1.numero 7.vbi communem & tenendã in iudicando , & conſulendo teſtatur Gutierrez in §.ſui. numero 192. cum ſequentibus de hæred. qualitate & different. Ciſuentes in l. 40. Tauri. quæſtione 1. Caſtillus in l. 12. verbo, ſiguiente,Gregorius in l.1.gloſſa magna poſt medium.titulo 13.par.4.Dueñas regul. 350. limitatione 14. Spinus in ſpeculo teſtamentorum gloſſa 15.principij. numero 26.cum pluribus alijs, quos refert & ſequitur Matienςus in l.10.gloſ. 3. num.7. qui fundamentis Couarruuiæ in quarto. 2.parte.cap.octauo. numero 28. & Menchacæ contrarium tenentium latè ſatiſfacit.

* Ad

* Ad numer.66.ibi.) Habetur in omnibus & per omnia pro legitimo, &c. Eandem ſententiam tenet Ripa in l.ſi vnquã. in Rubr.num.86.C. de reuocand. donat. Tiraquellus hoc latè probans in dicta.l.ſi vnquam, verbo, ſuſceperit liberos nu.63. Caſſaneus in conſuetud. Burgundiæ. Rubric.7.§.1.fol.228. colum.4. numero 7. Dueñas Regul.350.ampliatione 1.Matiẽçus in l.10.titulo 8.lib.5.gloſ.3.numer.2. & in Rub.l.1.tit.1.lib.5. Recopil. gloſſ.1. num.123.

* Ad num.67.ibi.) Bene ſuccedũt cum eis, &c. Id etiam defendit Azeuedus in l. 10.titul.8.lib.5.Recop.nu.24.

* Ad numer. 67. ibi. ) Succedunt cum eis, &c. Eandem ſententiam tenet Tellus in l.12.Tauri.numero 3.& 4. Matiençus alios referens in l.10.titul.8.lib. 5. Recopil.gloſſ.2.num.2.& vide Coſtam latè de hac quæſt.agentem in §.& quid ſi tãtum. 2.par.num.133.

* Ad numerum 68. ibi. ) Nec poterit ſuccedere in plus quam ſuccedat filius legitimus, &c. Vide Molinæum in conſuetud.Pariſ.titul.de materia feudali.§.8.gl. 1.numero 46. Socinum in l. Gallus. §. & quid ſi tantum.num.28.& ibi Iaſ. numer. 108.& Coſtam ibidem.2.parte. numero 137.cum ſequentibus. Matiençum in l.7. titul.8.lib.5.gloſſ.4.num.2. & quæ addidi ad num.6.in additione ibi, imò etiam ſi eſſet, &c.

* Ad num. 69.ibi.) Succedunt indifferenter omnibus agnatis, & cognatis, &c. Vide Tellum idem probantem in l. 12. Tauri.numero 43.Caſtillum ibidem, verbo, o los otros parientes, Ioannem Lup. de Palacios Rub.40.& 46.& 47. Cifuentes num.4.Matiençum in l.10.tit. 8.lib.5. Recop.gl.7.nu.2.

* Ad num.70.ibi.) Contrarium eſt tenendum, imo quod talis clauſula & modificatio poſita in legitimatione valeat, &c.Idem tenet Decius conſil. 338. nu. 3. Caſſanæus conſil.39.num.67.Curtius Senior conſil.73.num.6.prope fin.Alciatus in l.2.in princ.nu.51. de verborum, cum multis quos refert & ſequitur Matiençus in l.10.tit.8.lib.5.Recopil.gloſſ.1.num.4. Tellus in l.12.num.21.

## *Ad l. 13. quæ hodie eſt l.2.titul.8. lib.5. nouæ Collectionis.*

VIde de materia & intellectu huius legis præter ordinarios hic, vide Matiençum in dict.l.2.tit.8.lib.5.& Azeuedũ ibidem. Coſtam in cap.ſi pater. pag. 149. num.33.& pag.174.num.6.Gutierrez in lib.2.quæſtionum.quæſt.100.& 101. Mẽchaca de ſucceſſ.creatione.§.30.lib.2.nu. 56.Spinum in ſpeculo teſtament.glo.14. princ.num.177.

* Ad num.1.ibi.) Quia ſi prætereatur non redditur teſtamentum nullum antea quam naſcatur, &c. Vide Matiençum in l.2.tit.8.lib.5.Recopil.gloſ.2.~~num.5.~~ Velazquez de Auendaño hic, gloſ.2. nnm.2. Palacios Rubeus num.9. Olanum de verbis iuris, verbo, naturaliter, vnde per hãc l. ius antiquum corrigitur tribus modis. Primo dum iure Digeſtorum non requirebatur quod integer poſthumus naſceretur, vt abortiuus non diceretur, quia etiam ſi integer non naſceretur dummodo viueret abortiuus non diceretur, ſed teſtamentum rumpet, l. quod dicitur ad fin.ff.de lib.& poſthumis.l. non ſunt liberi 14. ff. de ſtat. homin. tradit Velazquez de Auendaño hic, gloſſ.1.nu.1. Matiençus in l.2.tit.8.lib.5.gloſ.2. num.1. hodie vero per legem noſtram, vt integer naſcatur requiritur vt abortiuus non dicatur. Secundò, quia iure Digeſtorum ſi viuus naſceretur, licet ſtatim moreretur abortiuus non dicebatur.l. quod certatim de lib.& poſthu.hæred.inſtit. ibi. ſi minus perfecte natus eſt, licet illico poſtquam in terram cecidit, vel in manibus obſtetricis deceſſerit. l. vxoris abortu, ibi, quanuis natus illico deceſſerit. C. eodem titul. tradit Velazquez hic, gloſſ.2. numero 1. Matiençus vbi ſuprà num.2. Azeuedus in dicta l.2.titulo 8.libro 5.Recopilat.numero 3.cum alijs quos ipſi allegant hodie vero per legem noſtram requiritur, vt per 24. horas viuat vt abortiuus nõ dicatur. Tertio iure digeſtorum, non requirebatur vt abortibus non diceretur & ſuccederet parentiuus poſthumus poſſet & rumperet teſtamentum, vt aquam ex ſacro fonte ſuſciperet, vt tenẽt Doctores ſuprà allegati, hodie vero per legem noſtram hoc requiritur, & vt lex noſtra verificetur ſufficit vt poſthumus is ab obſtetrice aquam Spiritus ſancti recipiat, vt tradit Velazquez hic, gl. 3.per totam, quod ſi hæc tria concurrant poterit poſthumus rumpere teſtamentum, ſuccedere & tranſmittere, vt docet Matiençus in dicta l.2.tit.8.lib.5. gloſſ.2. ad fin. Azeuedus ibid. num. 3. Velazquez hic, gl.3.per tot.

* Ad numer. 4. ibi.) Vt ſeptimo vel nono, vel decimo menſe, &c. Vide late de partu extra tempus ſeu ante facto per Matiençum in dicta l.2.titulo 8 libro 5. gloſ. 4.& 5.per totam. Azeuedum ibidem numero 9.& Velazquez hic, gloſſ.vltim.per totam, vbi autem partus ad monſtrum declinat non ſuccedet, nec rumpet.l.3.C. de poſthum. hæred. inſtit. l. 5. titulo 23. part. 4. tradit Matiençus vbi ſuprà numero final.

## *Ad l.14. quæ hodie eſt l.6.titul.9. lib. 5. Recopilationis.*

DE materia huius legis præter ordinarios, vide Pinelum de bonis maternis.344.columna 1.Spinum in ſpeculo teſtamentorum gloſ. 13. principij num. 69.& in gl.20.principij num.94. vbi omnino videas.

## *Ad l. 15. quæ hodie eſt l.4.titul.1. lib.5. Recopilationis.*

DE materia huius legis, & eius intellectu, vide præter ordinarios hic, Azonem in ſumma de ſecundis nuptijs Cæpolam cautela 336. Bertrandum conſilio 95. volumine 2. & conſilio 115. volumine 3. Cratum, conſilio 35. volumine primo. Gabrielem in titulo de ſecundis nuptijs per totum. Mieres in tractatu maiorat. 1. parte. quæſtione 54. per totam. Acoſtam in capit. ſi pater. 3. parte, verbo, cenſendum, numero 16. Matiençum, & Azeuedum in l.4.titulo 1. libro 5. Recopilat.per totum.

## *Ad l.16. quæ hodie eſt l.7.titul. 9. lib. 5. Recopil.*

DE huius legis materia & intellectu, præter ordinarios, vide Matiençũ & Azeuedum in dict.l.7.titulo 9. libro 5. Recopil. Gutierrez in lib.2.quæſtionum. quæſt.123.

* Ad numer. 1. ibi.) Contrahat ſecundas nuptias, &c. Vide Matiençum in l.3. titulo 1.libro 5.Recopil. gloſ. 2. à numero 3.vbi per numeros ſequentes enumerat.22.pœnas quibus mulier tranſiens ad ſecundas nuptias coercetur.

* Ad numerum 1. ibi. ) Quia etiam illa bona tenetur reſeruare filijs primi matrimonij, &c. Sed an acceptum in præmium virginitatis amiſſæ à ſene vel ignobili teneatur reſeruare filijs primi matrimonij, & non teneri id reſeruare aſſerit Couarruuias in quarto. 2. part capite 3.§.2.numero 3.quia eſt donatio remuneratoria in præmium amiſſæ virginitatis, vel nobilitatis, Ripa in l.ſeminæ. C. de ſecundis nuptijs, Palacios Rub. in Rub.de donat.inter vir.§. 50. numer.35. Perez libro 4.ordinament. colum. 1378. ad finem.

* Ad numerum 2. ibi.) Quintum bonorum per viam inſtitutionis, vel legati. Vide Matiençum in l.3. titulo 1. libro 5. Recopilat.gloſſ.2. Azeuedum ibid. nu.4. in fine.

* Ad numerum 3. ibi.) Puta ſponſalitia largitate donationem propter nuptias

ptias,&c. Idem tenet Matiençus in l. 3. titulo primo. libro 5. Recopilat. gloſſa 2. numero 4. Azeuedus ibidem numero 2. Couarruuias in 4.2.parte. cap. 3. §.9. numero 4. Tellus Fernandez in l. 6. Tauri. num. 16.

* Ad numerum 3. ibi.) Reſeruare filijs primi matrimonij, &c. Vide Velazquez de Auendaño hic, gloſſ. 2. per totam, vbi doctorum diuerſas opiniones refert quorundam aſſerentium iure communi teneri mulierem reſeruare filijs primi matrimonij lucra conſtante matrimonio ex facultatibus, viri queſita, hancque opinionem tenuit Salicet. Paul. Roman. & Socinus cum alijs pluribus, quos tam ipſe quam Matiençus in l. 6. titulo 9. libro 5. Recopilat. gloſſa 1. numero primo. referunt. Sed dominus meus hic, & Gomez Arias, & Caſtillus, & Ioannes Lupus, & Gregor. in l. 26. titulo 3. partita quinta. & Montaluus in l. 13. in fin. titul. 1. lib. 3. fori cõtrariam tenuerunt aſſerentes, nec iure quidem communi mulierem teneri hæc lucra filijs reſeruare primi matrimonij: quod etiam ſentit Tellus hic, licet ipſe Velazquez vbi ſuprà, priorem opinionem ſequatur aliamque rationem ad noſtrum text. aſsignet.

* Ad numer. 3. ibi.) Imò quod pleno iure ſibi quærit mulier licet, tranſeat ad ſecundas nuptias, idem tenet Segura in tractatu de bonis lucratis conſtã. matrimonio, num. 86. & 87. Caſtillus gloſſ. 1. vbi Ferd. Gomez Arias numero 2. Gregorius in l. 26. titulo 3. partita 5. Palatios Rubeus hic. numero quinto & ſexto. Matiençus in l. 2. titulo nono. lib. 5. gloſſa 3. num. 1.

* Ad num. 3. ibi.) Nec eis meliorationem facere, &c. Idem tenet Suarez in l. quoniam. limitatione 10. legis Regiæ numero 7. fol. 170. Tellus Fernandez in l. 4. Tauri. num. 17. & in l. 6. num. 68. Azeuedus in l. 3. titulo 1. lib. 5. Recopil. num. 3. & idem Azeuedus in l. 4. titulo 1. libro 5. Recopil. num. 5. Matiençus in l. 3. titul. 1. libro 5. gloſſ. 2. numero 42.

* Ad nemerum 4. ibi.) Ita pater tranſiens ad ſecunda vota tenetur reſeruare, &c. Caſus tamen quibus hæc bonorum reſeruatio admittitur, vide per Gabrielem titulo de ſecundis nuptijs per totum. maximè regul. 1. 2. 3. 6. & 7. & 8. Mieres 1. par. quæſt. 54. per totam in cap. ſi pater. 3. par. verbo, cenſendum. num. 16.

* Ad numer. 5. ibi.) Dubium tamen eſt, &c. Vide Couarr. libro 1. Variarum cap. 8. numero 9. & Azeuedum alios allegantem, licet pertranſenam in l. 4. tit. 1. libro 5. Recopil. num. 54. & Gregor. in l. 24. tit. 13. par. 4.

* Ad numerum 6. ibi.) Concedat ſibi licentiam & facultatem, &c. Idem tenet Matiençus in l. 3. titulo primo. l. 5. gloſſ. 2. num. 5.

* Ad num. 8. ibi.) Sub conditione ſi ſecundo non nupſerit, &c. Vide per text. & Doctores in authentica, cui relictum. C. de indict. viduit. Couar. in quarto. 2. par. cap. 3. §. fin. numero 11. & 12. Iaſon. in l. ſi mater. diſtinctione 2. C. de inſtitutionibus & ſubſtit. Villalobos in dict. ærario commun. opin. litera L. num. 14. Azeued. in dicta l. 3. titulo 1. libro 5. Recopilatio. numero 1.

* Ad num. 9. ibi.) Secundo quæro, &c. Vide allegatos ſuprà in num. 8. ibi. ſub cõditione, ſi ſecundo nõ nubat, &c. qui etiã hanc quæſtionem reſoluunt.

* Ad num. 11. ibi.) Item adde quod talis mater per tranſitum ad ſecunda vota, &c. Vide omnino Matiençum idẽ tenentem in l. 3. titul. 1. lib. 5. Recopilat. gloſſ. 2. num. 9. cum alijs quos allegat, & Azeuedum ibidem num. 5. & an hoc caſu quãdo mater tutela filiorum priuatur, tutor datiuus debeat eſſe datiuus eis prouidendus vel legitimus docet poſt Auguſtinum Beroium, & Cumanum, conſilio 94. Socinus Senior conſil. 20. num. 10. lib. 5. Villalobos in ærario commun. opinion. lit. T. num. 233. cum ſequent. Azeuedo vbi ſup. nu. 6. cum alijs quos cõgerit. Sciẽdũ tamẽ eſt mulierem ſecundo nubentem teneri hæredibus primi mariti veſtes lugubres reſtituere poſt mortem eius ſibi datas, vt rectè docuit Couarruuias in quarto. 2. parte capite tertio. §. 9. numero 9. & 10. Auendañus in capite 10. prætorum. numer. 13. libr. 2. Caſtillus in l. 15. Tauri. num. 8. & 9. Azeuedus vbi ſupra numero etiam 7. & 8. qui etiam tenet lectum quotidianum debere prædictam mulierem ad partitionem afferre cum hæredibus primi mariti ſecundum doctrinam text. in l. 6. titul. 6. lib. 3. fori quæ vſu obſeruari teſtatur. Sed ſi caſu pater dediſſet ſubſtitutum pupillarem filijs eorum educatio matri permittenda eſt, quia tunc ceſſat omnis ſuſpitio fraudis cum illis mortuis non ad matrem, ſed ad ſubſtitutum hæreditas ſit peruentura, vt egregie aduertit Greg. Lopez in l. 5. tit. 16. par. 6.



* Ad nu. 12. ibi.) Et dixit quod volebat nubere, &c. Idem Beroius quæſt. 66. num. 4. & 6. fol. 796. & Gregor. in l. 5. tit. 16. par. 6. verbo, el mas cercano, quaſi ad fin. Menochius de arbitrarijs centuria 2. caſu 151. ſylua nuptialis lib. 2. numer. 51. cum ſequenti, & quod hic datibus præferatur legitimo docet Matiençus in l. 3. titul. 1. gloſſ. 2. num. 11. lib. 5. pag. 30. col. 3. Et licet ei qui datus eſt tutor vel curator contrahat poſtea matrimonium cũ matre pupillorum ita vt eorum vitricus eſſe incipiat non amittet tutelam, quia vitricus tutor eſſe poteſt l. fin. C. de contrario iudicio tutelæ l. nonnunquam 23. de adoption. tradit latè Caldas Pereyra in l. ſi curatorem habens, verbo, ſine curatore, numero 110. C. de in integrum reſtitutione.

* Ad numerum 13. ibi.) Amittit etiam tutelam vel curam filiorum, &c. Idem tenet Perez in l. final. titulo 1. libro 5. ordinament. pagina 51. columna prima ad fin. Auiles in cap. prætorum in proœmio numero 39. cum pluribus ſequent. Molina de primogenijs lib. 1. capit. 9. num. 49. cum ſequent. Azeuedus in l. 4. tit. 1. lib. 6. Recopilat. numero 14.

* Ad numerum 15. ibi.) Tamen pater per tranſitum ad ſecunda vota non amittit, &c. Idem tenet Pinelus in l. vltima. C. de bonis mat. numero 15. Matiençus in l. 3. titul. 1. lib. 5. Recopilationis. gloſſa 2. numero 10. ſimiliter etiam pater per tranſitum ad ſecundas nuptias non amittit tutelam ſibi delatam, vt tenet Menchaca de ſucceſſ. creatione. §. 12. numero 36. contra Angelum in authent. de non eligendo ſecundo nubente. §. quia vero. num. 16.

* Ad numerum 16. ibi.) Iſtam ſentẽtiã & communem tenent Paulus de Caſtro. &c. Eandem ſententiam tenet Tellus in l. 6. Tauri. numero 21. Pinelus in l. ſecunda. numero 17. C. de bonis maternis. Villalobos in ærario commun. opinion. litera B. numero 31. & litera M. numero vigeſimoquarto. Azeuedus in l. 4. titulo primo. libro 5. Recopilationis. numero 11.

* Ad numerum 16. ibi.) Amittit dotem & applicatur hæredibus mariti, &c. Vide de hac quæſtione Couarruuias in quarto. 2. parte. capite ſeptimo. §. 6. numero 10. Clarum libro quinto. pract. crimin. §. ſtuprum, verbo, ſed nunquid & latiſsime Octauianum in deciſione Pedamontana 77. & per Rolãdum Valle conſilio 86. volumine ſecundo. Menchacam controuerſiarum vſu frequentium capite octauo. numero 13. Molinam de primogenijs libro 10. capite 9. numero 49. Azeuedum in l. 4. titulo primo. libro 5. Recopilationis. numero 13. Matiençum in l. 5. titul. 9. lib. 5. Recopilationis. gloſſa octaua. numero 18. qui omnes magis communem opinionem eſſe aiunt non perdere dotem.

* Ad numerum 17. ibi.) Amittit medietatem lucrorum acquiſitorum, &c. Vide quæ dixi in l. 51. & 52. & 53. infrà in numero octauo. in aditione ibi, item quæro ſi ſoluto matrimonio, & vide l. 5. titul. 9. lib. 5. Recopil. vbi Matiençus in gloſſ. 8. num. 1.

numer.1. Couarruuias de ſponſalibus.2. par.cap.7.§.6.numero 12. Azeuedum in l.4.titul.1.lib.5.Recopil.num. 12. Auiles in proœmio capit. prætorum. num. 39. cum ſequentibus.Molina de Hiſpan.primogenijs libro 1.cap. 9. numero 49. Villalobos in ſuo ærario litera B. nu. 31.

* Ad num. 18. ibi.) Amittit ſucceſsionem eorum vel eius qui mortuus ſit,&c. Idem tenet Tellus in l.16.num.28.fol.67. colum.3.

## *Ad l.17.quæ hodie eſt l. 1.titul.6. lib. 5. Recopilationis.*

VIde præter ordinarios,Molinam de Hiſpanorũ primogenijs lib.4. ca.2. per totũ.& quæ dixi in l.22.n.1. ibi,quod ſi pater vel mater promiſit, &c. Coſtã in c. ſi pater. pag.255.nu.7.,Gutierrez lib.2. quæſtio.q.50. Matiençũ, & Azeuedũ in dict.l.1.titul.6.lib.5.Recop.Angulum de meliorationibus.l.1.per totam.Mieres in tractatu maioratuum. 1. part. quæſt.21. num.18.fol.90.Molina lib. 1. numer.20. fol.49.& lib.2.numero 11.fol.120.& numero 12.& 17.fol.121. & num.25.folio 123.& numer.28.& 29. fol. 124. Couar. lib. 3. Variarum. fol. 49.columna 1. numero 12.

* Ad nume. 2. ibi.) Contrarium eſt dicendum in noſtro caſu & quæſtione,imo quod prius deducatur & detrahatur quintum bonorum, &c. Idem tenet Matiençus in l.1.tit.6.lib.5. Recop. gl.1.nu.2.Angulo de melioratio.in l. 10.gl.5.nu.1. Caſtillo hic,nu.2. quod tamẽ Angelo in l.9. gl.2.nu.2.referẽs Cifuentes hic in fine.verũ eſſe arbitratur quãdo duæ meliorationes eſſent factæ,vnuſque in tertio, aliuſq; in quinto,eſſetelioratus,vtraque melioratio eſſet facta in eodem teſtamento, vel contractu aut in diuerſis dum tamen melioratio quinti præcedat,quo caſu, vt dominus meus ait, quintum priuſquam tertium deducetur.cæterum ſi præceſſerit tertij melioratio irreuocabilis melioratio quinti id non debet minuere, ſed potius prius tertium deducendum eſt cũ melioratio quinti fieri non potuerit, niſi ſaluo iure tertij prius irreuocabiliter donati.Sed quid dicendum ſit vbi pater vel mater diſpoſuiſſent, vt prius de cumulo hæreditatis deduceretur tertium, quam quintum, quod neque video traditum per Ayoram de partitionibus, ſed tradit eleganter Cifuentes in l.25. Tauri circa finem. vbi ſcribit, quod ſi teſtator meliorauerit vnum filium in tertio,& alium in quinto, prius detrahendum eſt quintum, niſi ipſe teſtator diſpoſuerit vt prius detrahatur tertium,tunc enim eius voluntas ſeruabitur:quod ipſum videtur dicendum etiam ſi vnus filius melioretur in tertio & quinto, nam leges Regni permittunt patri meliorare filium in tertio omnium bonorum ſuorum,ergo poteſt pater iubere,vt hæc melioratio tertij de omnibus bonis deducatur:pro qua ſententia facit etiam quia quod quintũ prius deducatur quam tertium fauore patris videtur inductum, ſcilicet, vt maius ſit quintum, & poſsit illud expendere pro anima,& legatis pijs vnde hic teſtator poteſt huic fauori renunciare & diſponere, vt prius tertium, quam quintum detrahatur.

* Ad num. 4. ibi.) Ipſo iure non valet, adeo quod non oritur ex ea aliqua obligatio,&c. Eiuſdem opinionis eſt Tellus hic,num.1.Caſtillus gloſſa 1.Palacios Rubeus num.10.cum pluribus alijs quos refert & ſequitur Matiençus in d. l. 1. tit.6. lib.5.gl.3.num.1.

* Ad numerum 4.ibi.) Vult quod melioratio tertij non tradita valeat,&c.vide Azeuedum in l.1.tit.6.lib.5.Recop.num. 11.Suarez in l.9.text.11.lib.1.fori. notabili.2.fol.79.in antiquis.

* Ad num. 5.ibi.) Bene valet & tenet inter patrem & filium, &c. Vide Segurã in Repetitione legis,vnum ex familia. §. ſed ſi fundum.num.50. & 54. delegatis 2. Dueñas in regula 523.numero 5.Matien. in l.1.



in l. 1. titulo 6. libro 5.Recopilat. gloſſ.7. num.5.

* Ad numerum 9. ibi.) Niſi ſecuta traditione,&c.Vide Tellum hic,num.2.Caſtill.gl.1.col.3.Matien. in.l. 1. tit.6. lib.5. gl.1.num.2.

* Ad numerum 10.ibi.) Et breuiter teneo quod ſic. Eãdem hanc ſententiam,tenet Suarez in l.quoniam in prioribus prope finem.§.9.quæritur.nu.5.verbo, præterea in caſu,Gregor.in l.3.tit. 14.part.5. gloſ.verbo,no valdra,ad finem. Matien. in l.1.titul.6. lib.5.gloſ.4. uum.21.& 22. Velazquez de Auend.hic,gloſ.3. per totam,vbi tenet reuocari poſſe meliorationem quinti,quoad funeris impenſas, & alia ad conſcientiæ exonerationem neceſſaria,Ayora de partitio.2.par. q.14.& 16.contrariam tamen ſententiam tenet Tellus in l.22.infra num.14. & Baeça de dote cap.10.nu.27.& 28. Molina de primogenijs lib.1.ca.12.& iterum lib.4.c.2. num.84.& Angulo in l.1.glo. 3. quorum fundamentis late reſpondet, & ſatisfacit domini mei ſententiã defendens Azeuedus in dict.l.1.nu.18.

* Ad num. 11. ibi.) Secundo quæro ſi pater,&c.A quo tempore debeantur fructus meliorationis,vide omnino per Matiençum per concluſiones hoc declaratũ in l.4.tit.6.lib.5.gl.3.nu.4.

* Ad numerum 12.ibi.) Virtualiter habebit eandem naturam & effectum, &c. Donatio reuocari nõ poteſt etiam ſi per actum fictum fiat traditio, vt colligitur hic,& probat Cifuentes hic, nu. 2.in fin. Palacios Rubeus nu.5.Caſtillus,verbo,la poſſeſsion,Gomez Arias in verbo, ſaluo, num.14.& 15.Tellus nu.17.

* Ad numer.12. ibi.) Extenditur ad bona præſentia & futura, &c. Id etiã docet Gregor.in l.5.gl.magna ad med. titul.13. par.5.& in l.9.gloſ.etiam magna. tit. 30. par.3.Tiraquel.plures referens more ſuo in lib.de cõſtitut.2.par.ampliat. 32. nu.1. Matiençus plures etiam referens in l. 2. tit.9.lib.5.gl.3.nu.19.

* Ad numerum 12.ibi.) Non poteſt reuocari,&c.Nec in bonis poſtea quæſitis, quod & docuit Matiençus in l. 1. titul. 6. lib.5.Recopil.gl.4.nu.11. quidquid Tellus hic,nu.21.dicat.

* Ad num.13. ibi.) Sed adhuc in iſto caſu teneo,quod nullo modo poſsit reuocari,&c.Hanc ſententiam improbat Tellus hic, ſed eam eleganter defendit Molina de Hiſpan.primogenijs.2.par.lib.4. ca. 2. num.21.

* Ad num. 16.ibi.) Quod fiat traditio ſcripturæ nouæ ipſius tituli,&c. Idem tenet Caſtillus hic,verbo,la ſcriptura, Palacios Rubeus.nu.25. & dominus meus in l.45.infra num.57.Gomez Arias in l. 15. ſupra nu.20. Gregor.Lopez in l.8.tit.13. par. 3.glo. vlt.& Matiençus in l.1.titul.6. lib.5.Recop.gl.6.nu.3.

* Ad numerum 17. ibi.) Item nota ex iſta l.quod melioratio tertij facta filio vel filiæ, &c. Hoc nouo iure corrigitur ex pragmatica 101. de Madrid, per quam per viam dotis prohibetur pater filias meliorare.

* Ad num.18. ibi.) Sed in foro conſciẽtiæ tenetur eligere & meliorare filiũ magis dignum,&c.Piam opinionem amplectitur dominus meus pius æquitatis amãtiſsimus:ſed contraria verior videtur, & aperte probatur in hac l.17. iuncta l. cum quidam.deleg.2. per quam hoc defendit Peralta ibi.num.18.Couar.in reg. peccatum.2.par.§.7.num.3.nec obſtat l.fœminę.C.de ſecundis nuptijs ibi,in quem contemplatione meritorum,&c. Quoniam procedit attento vſu frequentiore.

* Ad numerum 19.ibi.) Teneo contrarium,imo quod talis filius,&c. Prout tenet Segura in l.vnum ex familia. §. ſed ſi fundum.num.88.deleg.2. Palacios Rub. in l.27.num.23.Tellus in l.18.num.2. Couar.lib.1.Var.cap.15.Bernardus Diaz regul.213.fallentia 4. Gregor. in l.18.tit.4. par.5.verbo,a otro,Molina lib.2.cap. 11. num.3.Matiençus in l.2.tit.6.lib.5.gloſ.3. num. 3.qui ſimul cum Baeça de non me-

liorandis dotis ratione filiab. cap. 9. num. 6. & 7. limitat id vt non procedat in quinto, in quo poteſt pater filium vnicũ grauare, licet non dicatur in quinto filius melioratus, vide etiam Azeuedum in l. 3. titul. 6. lib. 5. Recop. num. 13.

* Ad numerũ 19. ibi.) Tamen debet intelligi, quando pater vel mater habet plures filios, &c. Idem tenet dominus meus in l. 18. in fin. infra eodem, vbi Tellus Fernandez num. 2. refert Palacios Rubeus idem tenentem contra quos ipſe tenet cum Couarruuias qui in hoc contrarium tenet, & hæc opinio magis ſeruari aſſerunt in praxi, ſed dominum meum ſequuntur Ioannes Gutierrez de iuramẽto confirmatorio. cap. 9. nũmero 15. vbi citat Bernardum Diaz, & Gregorium Lopez idem tenentes, & latè Peralta in l. Titia. §. Lucius. num. 16. de legat. 2. Lara de alimentis. §. item reſctiptum. num. 61. folio 239. columna 2. vbi allegat Baeçam de non meliorandis dotis ratione filiab. cap. 9. numero 6. limita tamẽ quando filius meliorationi conſenſit, & vide additionem poſitam in l. 18. num. fin. ad fin. infra his ll. Tauri.

* Ad num. 21. ibi.) Imo quod talis diuiſio & aſsignatio, &c. Videas Peraltam in l. cum pater. §. à filio. ff. de legat. 2. numero 68. pag. 337. & l. 9. titul. 15. part. 6. in fin. & ibi Gregor. Tellum Fernandez in l. 23. Tauri, numero 11. cum ſequentibus. Mieres in tractatu maioratuũ. 3. par. quæſt. 17. num. 2.

* Ad numer. 24. ibi.) Quod talis melioratio poſsit reuocari, &c. Idem tenet dominus meus in 1. tomo Variarum cap. 12. num. 24. Dueñas in regul. 217. & 218. Azeuedus in l. 1. titul. 6. Recopilat. num. 28. intelligit, vt dominus meus ſi traditio illa fiat ſub commemoratione legati illius vel donationis cauſa mortis, ſecus ſi ſimpliciter, quia tunc cum per traditionem tranſeat in contractum inter viuos non poterit reuocari tale legatum vel donatio cauſa mortis, ſecundum Couarruuias 2. parte. Rubr. de teſtam. in tribus columnis finalibus, & Tellum hic, num. 84. cum ſequent. Gutierrez in repeti. l. nemo poteſt, num. 254. cum tribus ſequent. pagina 82. de legat. 1. vnde colligitur male reprobari dominum meum à Pelaez de maiorat. 1. par. quæſt. 31. numero 1. cum ſequent. vt latius videre poteris per Matiençum in l. 1. tit. 8. lib. 5. Recopil. gloſ. 4. numero 25. vſque ad 27. & per Azeuedũ vbi ſupra.

* Ad num. 24. ibi.) Vel diſpoſitio relicta in vltima voluntate ſemper poteſt reuocari, &c. Ergo teſtamentum monachus ante profeſsionem factum poterit poſt profeſsionem vſque ad mortem reuocare, dum non ſit ordinis Diui Franciſci, quod ex noſtra l. defendit Tellus hic, nu. 6. nam in ea teſtamentum vſque ad mortem poſſe reuocari docemur quã de naturali morte eſſe intelligendam notant hic ſcribentes, præſertim Burgos de Paz qui hanc ſententiam tenet in l. 3. in 1. parte, num. 687. ſupra his legibus Tauri. Matiençus in l. 1. titulo 4. lib. 5. Recopil. gloſ. 3. num. 4. vbi hanc communem dicit, hancque eandem ſentẽtiam tenet Rodericus Suarez allegatione 20. cum alijs pluribus relatis in additione ad num. 3. legis 3. ſupra in ſuis legibus Tauri, quam omnino vide.

* Ad num. 24. ibi.) Si traditio fiat incontinenti, &c. Quia vbi res legata incontinenti traditur iam videtur tradi ſub commemoratione legati, & ad ipſius legati executionem ac proinde talis traditio non debet alterare naturam legati quidquid in contrarium, Tellus docuerit hic, numer. 86. & 87. intellectum legis Lucius retorquendo pro ſua ſententia, dicens ideo pretium militiæ mortuo teſtatore iterum exigere velle legatariũ, quia illa ſolutio tranſit in donationem inter viuos, & ideo legem illam negare vlterius poſſe conſequi pretium de voluntate teſtantis, ſi ipſe legatarius doceat voluiſſe bis ſibi præſtari pretium confundi-

tur



tur tantum, Tellus & in eius legis intellectum miſere allucinat, nam ſi illa traditio vel ſolutio eſt facta ex vi legati eius mentione facta ex recepta ſententia non dicitur donatio, ſed ſolutio legati & amplius lud exigere non poterit, vt in dict. l. Lucius, ſin vero ſolutio fuit facta in vita teſtatoris, nulla facta mentione legati, tranſit in donationem inter viuos, ex dict. cõmuni reſolutione, quare hac in ſpecie potius videbatur, iterum deberi pretium legatum, cum nulla eius mentione facta pretium fuerit donatum in vita, quare dicta l. Lucius retorqueri non poteſt, prout ipſe Tellus ad ſuam opinionem probandam retorquet, vt optimè aduertit Matiençus in l. 1. titulo 6. libro 5. recopil. gloſſ. 4. n. 26.

## *Ad l. 18. quæ hodie eſt l. 2. titul. 6. lib. 5. Recopil.*

DE materia huius legis, & eius intellectu vide præter ordinarios hic Couarruu. lib. 1. variar. capit. 19. per totum & ex nume. 4. Mieres in tractat. maiorat. 1. par. quæſt. 15. per totam & quæſt. 28. ad fin. Menchaçam de ſucceſſ. creat. §. 1. numero 5. Matiençum, in l. 2. titulo 16. libr. 5. recopil. & ibi Azeuedum, Ioannem Rojas de ſucceſſ. ab inteſt. cap. 6. numero. 37. vſque ad 39. Angulum de meliorationibus. l. 2. per totam, Gutierrez in libro 2. quæſtionum quæſtione. 54. Couarruuiã lib. 1. variarum fol. 85. columna 4. numero 3. & fol. 86. columna 1. numero 4. Ayoram. de partitionibus 2. par. quæſt. 34. numero 27. Menchacam, de ſucceſſ. creatione, in præludio lib. 1. §. 5. Eſpinum in ſpeculo teſtamentorum glo. 18. principij, numero 19. vbi eleganter procedit hanc legem declarando.

* Ad num. 2. ibi.) Duos vel plures, &c. Idem tenet Ioannes Lupus, hic, nu. 5. Suarez in l. 9. titul. 5. lib. 3. fori quæſt. 5. Tellus hic, nu. 1. Matiençus in l. 2. tit. 6. lib. 5. gloſ. 3. num. 5.

* Ad nu. 3. ibi.) Non vero quoad vſum fructum, &c. Idem tenet Caſtillus hic, verbo, ò la madre. Palacios Rub. numero 1. Matiençus, in l. 2. tit. 6. lib. 5, recopil. gl. 1. num. 2.

* Ad num. 3. ibi.) Quia tunc nepos non poteſt meliorari, &c. Contraria ſententia eſt receptior, & ſic quod nepos ex vnico tantum filio poſsit meliorari, ſi alios filios habeat, quam tenet Couar. lib. 1. variar. c. 19. nume. 4. verſi. obiter tamen. Meneſius in l. vnum ex familia. §. ſi duos num. 5. de leg. 2. Molina, de primogenijs. lib. 2. c. 11. nume. 5. Pelaez, de maiorat. 1. part. quæſt. 15. num. 26. Lara relatus per Aluaradum, de coniecturata mente teſtantis lib. 2. c. 2. in princ. num. 23. in fin. Burgos de Paz, Iunior in quæſtionibus ſuis, quæſt. 1. nu. 20. Matien. in l. 2. tit 6. libr. 5. recop. gl. fi. n. fi. Azeuedus ibidem nu. 5. Tellus, hic, nu. 3.

## *Ad l. 19. quæ hodie eſt l. 3. titul. 6. lib. 5. Recopil.*

VIde præter ordinarios, Couarr. in c. Raynaldus. §. 2. nu. 1. de teſtam. Matiençum in l. 3. tit. 6. lib. 5. recop. gloſſ. 1. n. 1. per totum Mieres in tracta. maioratuum 1. par. quæſt. 52. nu. 7. & 8. Suarez in l. quoniam limit. 13. ad l. fori, quæſ. 3. per totam Azeuedum in d. l. 3. tit. 6. lib. 5. recop. Angulum, in l. 3. de meliorationibus Gutierrez, lib. 2. quæſtionum quæſtione 55. & 56. Menchacam, lib. 1. de ſucce. creatione, §. 1. in præludio.

* Ad nu. 1. ibi.) quia legitima debetur filio in qualibet re hæreditaria, &c. eandẽ ſententiam tenet Couar. in capit. Rainaldus. §. 2. nu. 5. d de teſtam. & hanc dubitandi rationem aſſignant, etiam Palac. Rub. in præſenti, num. 4. Caſtillus in glo. 1. Gomez Arias, nu. 2. Matiençus, in l. 3. tit. 5. li. 5. recop. glo. 1. n. 1.

* Ad numerum 5. ibi) Item quæro, ſi res in qua fuit facta aſſignatio, &c. De iſta quæſtione, vide Matiençum in l. 10. titul. 6. lib. 5. recopilat. gloſſ. 3. nu. 6. Azeuedum

in l. 3. titul. 6. lib. 5. num. 2. cum alijs quos ipſi allegant.

### *Ad l. 20. quæ hodie eſt l. 4. titul. 6. lib. 5. Recopilationis.*

VIde vltra ſcribentes ordinarios Bernardum Diaz regul. 318. & ibi additionatorem Salzedũ, Peraltam in l. ſi quis ſeruum. §. fin. de leg. 2. Suarez in l. quoniã limitatione. 13. ad l. fori. quæſt. 3. per tot. Olanum verbo legatum. num. 6. & verb. melioratio. n. 3. & 33. Matiençum in l. 4. titul. 3. lib. 5. recop. Azebedum ibidem, Angulum in l. 4. de meliorationibus. Gutierrez in lib. 2. quæſtionũ. quæſt. 57. Mẽchacam, de ſucceſsionum creatione libro 1. §. 1. numero. 9. Spinum, eleganter in ſuo ſpeculo teſtamentorum, gloſſ. 17. principij num. 60.

* Ad numer. 2. ibi) Sed in ipſa re aſsignata per teſtatorem, vel in parte quotatiua cuiuslibet rei &c. idẽ teſtatur Tellus hic numero 1. Caſtellus num. 3. Peralta in §. ſi cui. quem legit cum lege cum autem de leg. 2. n. 2. & 3. Matiençus in l. 4. titul. 6. lib. 5. gloſſ. 3. numero 1. & 20. Menchaca de ſucceſſ. creatione. §. 1. numer. 9. verbo in ſumma. Azeuedus in dict. l. 2. recopil. numero 2.

### *Ad l. 21. quæ hodie eſt l. 5. titul. 6. lib. 5. recopilationis.*

VIde prǽter ordinarios Gregorium in l. 2. verbo manda. titul. 9. part. 6. Couarruuias libro 2. Variarum. capit. 2. numero 2. Menchacam de ſucceſſ. progreſſu, libro 2. §. 5. Peraltam in l. ſi quis ſeruum §. ſi cui. & fere per totam. de leg. 2. Molinam, libro 1. de primogenijs, cap. 10. per totum, Ioannem Garciam de fructibus, & meliorat. capit. 11. ex num. 88. cum alijs. Matiençum, & Azeuedum in d. l. 5. titul. 1. lib. 5. Gutierrez, lib. 2. quæſtionum. quæſtione 58. Angulum. de Meliorationibus, l. 5. per totam. Mieres in tractat. Maioratuum 1. par. quæſtion. 17. numero 4. fol. 82. Molina de primogenijs. li. part. numero 13. fol. 56. & numero 14. fol. 76. Spinum in Speculo teſtamentorũ. gloſſ. 8. principij. num. 28.

### *Ad legem 22. quæ hodie eſt l. 6. tit. 6. lib. 5. recop.*

VIde præter ordinarios hic, Matiençum, & Azeuedum, in diſt. 6. titul. 6. lib. 5. Recop. Gutierrez, in libro 2. quæſtionum, quæſtione. 59. Angulum de Meliorationibus. l. 6. per totam. Mieres in tractat. maioratuum 1. parte. quæſt. 65. num. 9. fol. 227. idem Mieres vbi ſupra, 1. part. quæſt. 72. numero 2. fol. 237. Ayoram, de partitionibus. 2. parte. quæſtione. 14. numero 30. & 31. Menchacam de ſucceſsionum creatione. lib. 1. §. 1. numero 16. nouiſsimè acuteque Spinum in ſuo ſpeculo teſtamentorum. gloſſ. 18. principij numero 71.

* Ad numer. 1. ibi) Quod ſi pater vel mater permiſit alicui filio, vel filię non meliorare, &c. corrigit hæc l. 22. l. pactum quod dotali de pactis, vbi contrarium diſponitur & hodie extat. l. 1. titul. 6. de las mejoras in noua recopilat. quæ hanc l. etiam corrigit ſimul cum l. 17. ſupra his legibus, dum docet poſſe fieri meliorationem tertij aut quinti filiæ obtentu dotis ſeu matrimonij quod minime fieri poſſe illa l. docet ſaltim per contractum inter viuos, cæterum in vltima voluntate bene fieri poſſe permittit: & vide ibi Matien. videas etiam l. 1. titul. 2. lib. 5. recop. vbi etiam idem Matiençus latè tradit.

* Ad numer. 3. vbi.) Sed dico quod prædicta opinio Baldi eſt falſa, &c. Et conſequenter licentia à patre conceſſa, filio ad teſtandum in ſui præiudicium non valet niſi iuramento firmata ſit vt tradit Tellus, in l. 6. Tauri, numero 65. Molina lib. 2. de primogeni. c. 3. numer. fin. Gutierrez in cap. quamuis pactum in prin. num. 12. 39. & 44. & 50.

* Ad numerum. 17. ibi) Ex quo infertur quod tale pactum & promiſsio de ſuccedendo non firmatur iuramento, & idẽ tenet



tenet Tiraquellus, de iure primogenituræ, quæſt. 6. num. 8. Couarr. in cap. quamuis pactum in initio. 1 partis num. 2. Matiençus in l. 6. titulo 6. lib. 5. recop. gloſſ. 4. num. 1.

* Ad nu. 19. ibi.) Neque tenet tanquam contra bonos mores, & impeditiuum libertatis, &c. Idem tenet Tellus, hic num. 1. Palacios Rubeus, num. 15. Caſtillus, in glo. 1. Matiençus, in l. 6. tit. 6. lib. 5. gloſſ. 1. num. 2. Gutierrez, in tractat. de iuramento confirmatorio 1. par. cap. 59. numer. 5. Azeuedus, in dict. l. 6. recop. numer. 19. & etiam hodie per viam matrimonij non valere pactum, de æqualiter ſuccedendo, & fratres non meliorando filiæ à patre factum, tenet idem Azeuedus vbi ſupra numero 24. licet diuerſa ratione, nam cum per legem Madritiam conditam anno. 1534. tranſcriptam in l. 1. titulo 2. lib. 5. recopil. pater per viam matrimonij non poſſit filiæ meliorationem, facere vt diximus latius infra, in additione ad nume. 22. ibi, ſi fieret filiæ per conſequens pactum de non meliorando filiæ facere non poterit matrimonij intuitu, quia negari non poteſt quin fiat melioratio, per hoc pactum filiæ dum pater ſibi poteſtatem adimit meliorando filios alios, id enim quod pater poterat in vim meliorationis alicui ex filijs ex legis permiſsione legare & donare, quis dubitat quod vertitur in commodum dictæ filiæ virtute dictæ promiſſionis: igitur eſt contradictam l. Madritiam, vt latius proſequitur Azeuedus, vbi ſupra Gutierrez, in tractatu de iuramento confirmatorio 1. par. c. 59. numero 14. licet Matiençus, in dict. l. 6. recopilat. glo. 1. numero 6. & 7. teneat contrarium, ſcilicet valere promiſsionem ſeu pactum de non meliorando hoc caſu factum etiam ſtante dicta l. 1. de Madrit. quod etiam tenet Angulo, in l. 6. gloſſ. 3. num. 1. cum ſequentibus, quorum fundamentis late reſpondent Gutierrez & Azeuedus, vbi ſupra.

* Ad numerum 19. ibi.) Meliorare per viam matrimonij, &c. Vide quæ dixi in numero vigeſimo ſecundo, ibi ſi fieret filiæ infra hac l.

* Ad numerum 22. ibi.) Si fieret filiæ quia tunc non eſſet quęſitum ius, vel actio genero, &c. Hodie vero melioratio, nec in tertio, nec in quinto, nec in alia minori ſumma filiæ cauſa dotis, vel matrimonij fieri poteſt l. 1. titulo 2. libr. 5. recopilationis, vbi Matiençus gloſ. 2. numero 3. & gloſſ. 3. numero 2. Azeuedus ibidem numero 3. Baeça in tractat. de non meliorandis dotis ratione filiabus cap. 3. per totum Gutierrez, de iuramento confirmatorio. cap. 59. numer. 17. quod in Senatu Pinciano in praxi fuiſſe admiſſum teſtatur Matiençus in dict. gloſſ. 2. numer. 3. ad fin. alios plures referens hanc ſententiam tenentes, ſcilicet meliorationem inter viuos ex cauſa dotis, filiæ fieri non poſſe ſed in teſtamẽto fieri optime poſſe docet idẽ Matiençus vbi ſupra num. 9. & gloſ. 3. num. 2. & latè Baeça vbi ſupra, cap. 20. per totum contra Auendañum Gutierrez de iuramento confirmatorio, cap. 59. num. 15. Rojas de ſucceſ. ab inteſt. cap. 3. nume. 40. Azeuedus in dict. l. 1. titulo 2. lib. 5. recopil. nume. 17. qui ſimul cum Baeça, vbi ſupra intelligit, id verum niſi melioratio in teſtamento facta fuit per viam contractus nomine dotis, & pro dote, quia tunc idem eſſe arbitrantur: ideo, quia in teſtamentis, ſicut in contractibus contrahi, poteſt vel ſi alio modo per viam fraudando. dic. l. primę diſpoſitionem filia talis in teſtamento melioraretur, vt in exemplis ab ipſo relatis, nam tunc idem eſſet quod in contractibus teſtatur.

* Ad nu. 23. ibi.) Vel de non meliorando alios remittat pactum & prouiſionem &c. Hinc plane fit, quod ſi mulier cui fuit factum pactum, de non meliorando alios ſecundo nupſerit, huiuſmodi pactum nõ extinguitur, ſed idẽ ius cõtpeit. 2. marito.

* Ad nu. 23. ibi.) Ab ea auferri, ſine eius conſenſu, &c. Idem tenet Angul. de meliorat. l. 6. gl. 3. num. 6.

* Ad numerum 24.ibi.)Ego teneo contrarium,&c.Prouttenet Palac.Rub. hic, num.11.& Tellus ibidem Azeuedus in l. 6.tit.6.lib.5.num.5.

* Ad nu. 25.ibi.)Non poſsit Auus vnũ ex nepotibus vel deſcendentibus meliorare,&c.Idem tenet hic,Caſtillus,verbo, que non vala,verſi.vlterius quero Tellus Fernandez,nu.19. Matien. in d.l.6. tit.6. lib.5.recop.gl.4.nu.2.Angulo in l.6.gl. 3. num.fin.

* Ad num.26.ibi.)Item quæro,ſi pater vel mater promiſit nõ meliorare aliquẽ ex filijs,&c.Adde Matien.in l.4.tit.6.libr. 5.glo.3.num.1.& vide,quæ diximus in l. 17.nu.10.ibi, & breuiter teneo quod ſic & videas etiam Azeued.lib.in l.6.tit.6.5. recop.nu.9.ad fin.Angulum in l.6.de meliorationibus,glo.6.

* Ad num.27.ibi.)Imo quod non poſſit etiam iſto caſu meliorare nepotes,&c. Hoc tameneſt intelligendum quando pactum,de non meliorando cum tertio fiat ex cauſa oneroſa, vt matrimonij tranſactionis,vel alia ſimili duratura,quo caſu prohibitio de non meliorando tam ad filios quam ad reliquos deſcendentes extenderetur fauore illius,cũ quo contractũ ſeu actum fuit, vt colligit ex Bartoli doctrina,in l.pater filiũ.§.fundũ de leg.3. & in l.cũ pater §.dulciſsimis,de leg.2.Tellus hic.n.8.ſic intelligendo dominum meum & Ciſontanum,hic nu.2.Caſtillum,verbo, deſcendentes,& Palacios Rub.n.2.vt tradit Velazquez de Auendaño, hic gl.1. nu.4.Gutierrez,de iurament confirmatorio 1.par.cap.59.nu.11.Matiençus tamen domini mei ſententiam indiſtinctè,tenet imo quod pater nepotes meliorare non poſsit virtute pacti de non meliorando filios,ſiue ſimpliciter,ſiue cum cauſa fiat & fundamentis,quibus Telli diſtinctio corroboratur, plenè ſatisfacit in l.6.tit.6. lib. 5.recop.gl.1.num.4.& ſtante noſtra lege hic verum aſſerit Azeuedus ibidem, nu. 9.hancque ſententiam, ſine diſtinctione ſequuntur Palacios Rub.Ciſuentes, Caſtilluſque ſupra allegati Perez ad Seguram in repetitione legis tertiæ.§.fi. num. 51.ff.de liberis & poſthumis,& dicit communem Matiençus,vbi ſupra & hoc caſu pro anima poſſe diſponere tenet Azeuedus,vbi ſupra num.4.ad fi.& Angulo in l. 6.gloſſ.6.& dominus meus ſupra nu. 26. in prin.& idem Angulo glo.3.in dict. l. 6. num.1.

* Ad nu.28.ibi.)Requiratur ſcriptura publica,& diſponit noſtra lex,&c.Idẽ tenet Didacus del Caſtillo,hic verbo, ſcriptura publica Palacios Rub.nume.4. & ibidem Tellus Fernandez Couar.in cap. quanuis pactum in 3.par.in initio,nume.2. ad fin. Matiençus in l.6.tit.6.lib.5.recop.gl.2.numer.1.Azeuedus ibidem num.13.

* Ad num.28.ibi.) Tamen ſi ſit de perdita poterit pactum vel promiſſio probari per teſtes, &c. Facit l. ſicut iniquum l. emancipatione. C. de fide inſtrumentorum.cap.cum olim in 1.de priuileg. tractant Abb.& Felin num.14.in c.2. de probat.quod tamen intelligendum eſt,ſi modo probetur caſus amiſsionis tenor ſcripturæ,& quod habebat ſubſtantialia, vt docet dominus meus in l.41.num.3. & late Aluarus Velaſcus,de iure emphyteutico.1.pa.quæſt.7.num.38. iuxta quæ intelligenda eſt d.l.41. ibi, o por teſtigos que depongan en la forma que el derecho requiere,nec obſtat l. 10.tit.19.part. 3. quia loquitur quando tranſumptum ſcripturæ parti datum de perditũ eſt,extabat autem originale, in protocolo tabellionis quo caſu non poteſt omnino ſcriptura deperdita cenſeri, & ideo probatio per teſtes non admittitur,ſed reficienda eſt ſcriptura per citationem partis, & iuramentum eius qui eam amiſit, vt in d.l.10.& interpretatur Perez.tit.3.ordin.& vide omnino Palacios Rub.hic,nu.7.Caſtillum, verbo ſcriptura Matiençum in l.6.tit.6.lib.5. glo.2.nu.fin.

* Ad nume.29.ibi.)Et teneo abſque dubio quod ſic,&c.Idem tenet Angulo in l. 6.glo.2.nume. 1.id intelligens procedere niſi



niſi cauſa finalis,ſeu ratio promiſsioni adijciatur omnium filiorum fauorem reſpiciens puta, vt omnes æqualiter ſuccederent,quia tunc cauſa generalis generalem pariet effectum,ex dict.l.age cum Geminiano.

* Ad numerum 31.ibi.)Quod filius in cuius fauorem eſt renunciatum ab illo fratre vel fratribus,&c.Sed etſi non expreſſe in fauorem fratris renunciaſſet, ſed in fauorem patris,vel matris eo adiecto pacto,vt poſſent pater vel mater, cui vellet illud relinquere,ſiue filio vel extraneo ita vt is cui relinquat cenſeatur, illud habere non à patre, vel à matre,ſed ab ipſo renunciante,ſola nominandi vel eligendi facultate matri conceſſa poterit mater, vltra tertium & quintum,illud quod à filio renunciante habuit alteri filio relinquere, quia non à matre ſed à fratre, qui renunciauit capere videtur,ita Gutierrez in c. quanuis pactum.de pact.in 6.

*Ad l.23.quæ hodie eſt l.7. titul.6. lib.5. Recopil.*

VIde vltra ſcribentes,hic, Burgos de Paz,conſil.14.nume.62. Gutierrez lib.2.quæſtionum quæſtio.60. Angulum de meliorationibus. l.7. per totam Menchacam de ſucceſſ.creatione lib.1.§.1.numero 16.Mieres,in tractat. maioratuum, 1.par.quæſt.52.per totam Matiençum in l.7.tit.6.lib.5.reco.& Azeuedum ibidem Angulum, in l.7. de meliorationibus per totam.

* Ad numer.1.ibi.)Habito reſpectu ad tempus mortis,&c.Limita tamen in caſu l.29.infra,quæ hodie eſt l.3.tit.8.lib.5.recopi.ſcilicet cũ dos & donatio trahuntur ad collationem & partitionem in hæreditatum diuiſione procedentium ab ipſis meliorationibus:tunc enim attendetur tempus,factæ ac promiſſæ dotis vel donationis,propter nuptias,vel tempus mortis defunctorum, ſecundum, quod elegerit ille in cuius fauorem dos, vel donatio propter nuptias facta ſit, vt tenet Angulus in l.7.gloſſ.2.numero 6.& in 6.glo. 1. nu.10.Azeuedus in l.7.tit.6.lib.5.recopil. vbi etiam id ſublimitat.

* Ad numerum 1.ibi.) Sed melioratio tertij dicitur legitima,&c.Idem tenet Caſtillus in l.19.Tauri,numero 6.& 7. Couarruuias in cap.quanuis pactum 3.part. §.1.nu.2.Azeuedus,in l. 3.tit.6.libr.5.nu. 24.ad fin.

* Ad numerum 1. ibi.) Conſiderari tempus mortis,&c.Faciunt dicta per Tellum,in l.25.numero 15.cum ſequentibus, vbi quanuis pater in vita aſsignaſſet filio congruam legitimam,habito reſpectu ad bona quæ tunc habebat,ſi poſtea bona patris aucta ſint debetur ex illis bonis auctis legitima,quam etiam quæſtionem tangit Azeuedus in l.3.tit.6.lib.5.recop.nu. 22. & idem Tellus,hic.

*Ad l.24.quæ hodie eſt l.8.titulo 6. lib.5.Recop.*

VIde præter ordinarios,hic Matiençum & Azeuedum,in dict.l. octaua titulo ſexto libro quinto. Angulum de meliorationibus l.8.per totam Ayoram, de partitionibus 2.par. quæſt.43. numero 53.Menchacam de ſucceſsionum creatione.§.20.nu.151.lib.2.

* Ad numerum 1.ibi.) Propter defectum teſtantis,&c.Vide Matiençum in l. 8.tit.6.lib.5.recopil.gloſſ.1.nu.1.Tellum Fernandez,hic num.2.

* Ad numerum 1.ibi.)Repudiauit hæreditatem,&c.Idem tenet Matiençus, in l.8.tit.6.lib.5.recop.gloſſ.1.nume.3. & in l.1.tit.1.lib.5.recop.glo.14.in princ.n.81. & ſequentibus.& glo.15.

* Ad nu.1.ibi.)Quod extende etiam ſi legata, vel fideicommiſſa ſint relicta ad pias cauſas, &c. Quinimo conſeruantur hoc caſu legata iure communi,vt in c.relatũ,extra de teſtamentis,quod in pulchra ſpecie cõſuluit Cuiatius cõſultatione. 32.

* Ad numerum 1.ibi.)Sed iſto caſu legata,

gata,&c. Idem tenet Matiençus in l. octaua titulo 6. libro quinto recop. gloſ. 1. n. 3.

* Ad numerum 2. ibi) Et adde quod in aliquibus caſibus prædicta clauſula codicillaris tacitè cenſetur appoſita, &c. De quibus vide ſupra in l. 3. numero 74. vbi vide aucta.

* Ad numer. 3. ibi.) Omnia legata & fideicommiſſa, in eo contenta conſeruantur, &c. Idem tenet Azeuedus, in dicta l. 8. tit. 6. lib. 5. num. 60. & Tellus, hic nu. 2.

* Ad numer. 3. ibi.) Potius cenſetur prę legatum quam inſtitutio vniuerſalis. &c, Sed prælegatum conſeruatur, vt per Couarruuias, in capit. Raynuntius. §. 6. nu. 4. de teſtament. Menchacam, de ſucceſsionum creatione, libr. 3. §. 20. numero 151. cum præcedentibus & ſequentibus, Matiençum, in l. 8. titul. 10. lib. 5. per totum, Mieres, in tractat. maioratus, in princ. numero 12. Angulum. in tractat. de meliora. l. 8. per totam: ergo melioratio conſeruabitur.

* Ad numerum 3. ibi.) Et omnia in eo contenta irritantur, &c. Idem tenet Matiençus, in l. 8. titul. 6. lib. 5. recop. gl. 1. n. 1.

* Ad numerum 3. ibi.) Quia tunc non conſeruabitur prædicta melioratio, &c. Idem tenet hic Palacios Rub. num. 7. Tellus Fernandez, nume. 3. Greg. Lopez in l. vlt. tit. 8. p. 6. verbo mandas, in princ. Matiençus in l. 8. tit. 6. lib. 5. recop. gloſ. 1. nu. 6. Azeuedus ibidem nu. fi. Tellus Fernandez, hic num. 3.

* Ad numerum 3. ibi.) Ego teneo contrarium, &c. Prout tenet Matiençus in l. 8. tit. 6. gloſſ. 1. num. 7. & 8. Azeuedus ibidem num. 3.

* Ad num. 4. ibi.) Ita tenet & declarat in præſenti Palac. Rub. &c. idem etiam tenet Caſtellus, gl. 1. verbo, pro ſolutione, Matien. in l. 8. tit. 6. glo. 1. num. 8. lib. 5. recop.

*Ad l. 25. quæ hodie eſt l. 9. titul. 6. lib. 5. Recopil.*

Vide præter ordinarios, hic Matiençum, & Azeuedũ. in d. l. 9. tit. 6. lib. 5. Gutierrez in lib. 2. quæſtionum quæſtione 61. & 62. Angulum de meliorationibus l. nona, per totam. Ayoram, de partitionibus 3. par. quęſtione 27. numero 86. Spinum, in ſpeculo teſtamentorum, quarta gloſſ. principij, num. 58. & in gloſ. 18. principij, num. 60.

* Ad numerum 1. ibi.) Et ratio fundamentalis decidendi eſt, &c. Quam rationem ſequitur Caſtillus, cum relatis à domino meo, ſed aliam rationem ſcripſit, Matiençus in l. nona, titulo ſexto, libro quinto recopilationis, gloſſa prima, numero quarto, quam impugnat ibidem Azeuedus, numero octauo, aliam Telli Fernandez quam hic, numero ſecundo, aſsignauit defendens.

*Ad legem vigeſimam ſextam.*

¶ Quæ hodie eſt l. 10. tit. 6. lib. 5. & ad l. 27. quæ hodie eſt l. 11. & ad l. 28. quæ hodie l. 12. eodem titulo 6. libro. 5. & ad l. 29. quæ hodie l. 3. titulo 8. libro 5. recopilationis.

De materia & intellectu l. 26. vltra ordinarios, hic vide Gregorium, in l. 4. tit. 15. par. 6. Couarr. in c. Raynaldus. §. 2. num. 8. de teſtam. Menchacam lib. 1. de ſucceſſ. creat. Suarez in l. quoniam in prioribus, num. 248. Mieres, in tract. maioratuum, in prin. nume. 8. & 1. par. quęſt. 15. nu. 14. Molina, de primogenijs libr. 5. c. 8. num. 19. Matiençum in l. 10. tit. 6. lib. 5. recop. Azeuedum ibidem Angulum in l. 10. de meliorat. per totam Gutierrez in lib. 2. quæſtionũ quęſt. 63. 64. & 65. Angulum de meliorat. l. 10. Menchacam de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. n. 248. & nu. 30. eundem Menchacam lib. 1. §. 2. nu. 1. de ſucceſſ. nouiſsime tradit, & acute meus condiſcipulus. F. Manuel Mendez, à Caſtro, in ſuo tractat. de bonis quæ liberis num. 71. & 72.

*Ad legem vigeſimam ſeptimam.*

¶ Præter ordinarios, hic vide per Matiençum, in l. 11. tit. 6. lib. 5. recop. Ferdinãdum



dum Vaſcum Menchacam de ſucce. creatio. §. 10. Azeuedum in d. l. 11. recop. Angulum in l. 11. de meliorat. & nouiſsimè Coſtam. in c. ſi pater pag. 301. num. 5. Gutierrez lib. 2. quæſtionum quęſt. 66. & 67. Mieres in tract. maioratuum. 2. p. q. 6. nu. 25. fol. 310. & 1. p. quæſt. 66. nu. 4. fol. 125. Ayoram, de partitionibus 2. part. quæſt. 42. numer. 51.

*Ad legem vigeſimam octauam.*

¶ Vide tradita, in l. 7. ti. 12. lib. 3. fori. & in l. 9. tit. 5. eodem lib. Rodericum Suarez in l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni quæſt. 9. à num. 21. Mieres in tractat. maioratuum 1. p. quæſt. 58. nu. 26. & 35. Matiençum, in l. 12. tit. 6. lib. 5. & Azeuedum ibidem, Angulum in l. 13. in tractat. de meliorationibus Gutierrez lib. 2. quæſtionum quæſt. 68. & 69.

*Ad legem vigeſimam nonam.*

¶ Vide Matiençum & Azeuedum in dict. l. 3. tit. 8. lib. 5. recop. Mieres in tracta. maioratus. 1. par. quæſt. 17. num. 4. fo. 82. Emanuelem Mendez à Caſtro nouiſsimê in ſuo tract. de bonis quę liberis num. 71. Spinum in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ. 5. principij num. 42. & in gloſſ. 10. principij num. 61. vbi eam componit cum l. 26. & in gloſſ. 12. num. 114.

* Ad nu. 2. ibi.) Hodie tamen cum vterque filius æqualiter ſuccedat, &c. Vide Azeuedum in l. 3. titulo 8. libro 5. recopil. numero 16.

* Ad numer. 3. ibi.) De iure antiquo ſolum ab inteſt. haberet locũ collatio, &c. Idem tenet Matiençus in l. 3. tit. 8. lib. 5. gloſſ. 1. num. 1.

* Ad numer. 4. ibi.) Non vero ea quæ ſunt ſibi relicta in teſtamento, &c. Vide extra communem ſententiam relatam à Ripa in l. 4. numero 144. ff. ad l. falcidiam. vbi Picus. numero 66. Carolum Ruinum. numero 18. & 23. Menchacam de ſucceſsio. creat. §. 30. numero 161. qui contrarium tenet, imo quòd non computatur in legitimam. Corraſ. in l. filium quem habentem. numero 107. in vltima parte. C. familiæ herciſcundæ. Couarr. qui communem ſequitur in capit. Rainaldus: §: 2. de teſtament. num. 6. & vide de hac communi latè Matiençum in l. 3. tit. 8. lib. 5. recop. gloſſ. 1. num. 7.

* Ad num. 10. ibi.) De ſubſtantia eius aſcendentis de cuius ſucceſsione tractatur, &c. idem tenet Matiençus in l. 3. tit. 8. lib. 5. gloſſ. 1. num. 4. per l. 5. tit. 15. par. 6.

* Ad num. 16. ibi.) nec obſtat tex. 1. l. fin. C. de dotis promiſſ, &c. Vide ſcripta in l. quæ pater. & Aymon. Crauetam. conſ. 85. per totum.

* Ad num. 16. ibi.) Quę tunc de ea videtur promittere, & erogare, &c. Hanc etiã ſententiam tenet Grego. in. l. 5. tit. 1. p. 6. verbo, e las deſpenſas, Auendaños in dictionario, verbo Caſtrenſe in fin. Matiençus, in l. 3. tit. 8. lib. 5. gloſſ. 2. nu. 7.

* Ad numerum. 16, ibi.) Vel alias per aliquam coniecturam, &c. Veluti quando magna inæqualitas inter fratres reſultaret, vt refert Gregor. Lop. in l. 5. tit. 15. part. 6. verb. los libros, ad fin. item etiam ſi filius in literis non profecit, quia tunc libri & quod in ſtudio fuerit impenſum computabitur in legitimã ſecundum Baldum & Iaſonem in Auth. quod locum. colum. vltim. C. de collationibus & Gregor. Lopez in dict. l. 5. in verbo, en las deſpenſas & Auendaños in reſponſ. 17. num. 2. Matiençũ, in l. 3. tit. 8. lib. 5. gloſſ. 2. n. 6.

* Ad numer. 16. ibi.) Vnum tamen eſt quod impenſæ, quas pater eſſet facturus domi, &c. idem tenet Auendaños reſponſ. 17. nu. 2. ad fi. in dictionario, verb. Caſtrenſe. Idem tenet Auendaños reſponſ. 17. numer. 2. ad fin. in dictionario, verb. Caſtrenſe, Dueñas, reg. 222. limit. 2. ad fin. Matiençus in l. 3. tit. 8. lib. 5. gloſſ. 2. nu. 6. Velazquez de Auendaño hic gloſſ. 3. n. 6. in qua computatione impenſarum veniunt cibaria, veſtes, & habitatio, medi-

quæ,calciamenta,& denique omnia quæ ad victum & ad veſtitum ſecundum qualitatem parentum expectarent, & filij vt tradit Mantua ſingulari. 551. Alexander conſilio. 178. numero ſeptimo cum alijs quos refert Velazquez de Auendaño,vbi ſupra.

* Ad num. 16. ibi.) Item adde quod prædicta debent intelligi, quando pater eſſet proteſtatus,&c.Suſpecta mihi ſemper viſa eſt hæc opinio,quæ licet confirmari videatur ex dictis iuxta num. 27. in fin.tenenda videtur, eo caſu quo donatio ſtatim valuit,eo quod filio emancipato fuit facta tunc enim ius quæſitum filio non poteſt ei auferri,ex ſuperuenientivoluntate patris. l. perfecta donatio.C. de donat.quæ ſub modo. cæterum ſi donatio non valuit,eo quod filio in poteſtate fuit facta quandiu talis donatio reuocari poteſt,etiam habere poteſt locum declaratio voluntatis patris,argument. l. iuris gentium.§.ad eo de pactis,vt declarat Antonius de Butrio conſil.38.nume.5. Iaſo. in l.filiæ,licet numero 8. C.de collation. Rebuffus, de priuilegijs ſcholarium priuileg.55.

* Ad num.17.ibi.)Non debent conferri,niſi quando pater vel mater hoc dixit, & voluit, &c. Idem tenet Corraſ.in l.filium quem habentem,numer.92.& 110. C.fam. herciſcundæ.Menchaca,de ſucce. creatione.§.30.num.204.cum ſequentib. Palacios Rubeus in l.17.numer.16. ſupra Gregorius in l.5.tit.13.part. 6.verbo, expenſas,&in l.3.tit.4.par.5.Dueñas in reg. 222.Auendaños in dictionario,verbo,caſtrenſe,& reſponſio.17,numer. 2. Perez, in l.8.tit.2.lib.1.ordinamen.gloſ.2.col.4. cum alijs quos refert Velazquez de Auendaño,hic gloſſ.3.numer.5. & Matienços in l.3.tit.8.lib.5.glo.2.numero 3.quod tamen limita cum Gregorio Lopez, in l.5. tit.15.par.6.verbo,los libros, ad med. & in l.3.tit.4.par.5.verbo,en que aprendieſſe,quando pater donauit filio multos libros ad patrocinium præſtandum, vel iudicandum,ſed non neceſſarios ad diſcendum,nam hoc caſu in legitimam imputare, & eos conferre, teneri authoritate Odofredi,& ſequacium, in authent.ex teſtamento.C.de collationibus,& in l.filius familias.C.familiæ herciſcundæ, cenſetdum modo doctor, non ſit,vel licentiatus,nec viuo fratre efficiatur doctor, aut centiatus, quam etiam limitationem ſequitur Matienços, vbi ſupra numero 5. & circa hanc concluſionem,vide Rebuffum, de priuilegijs ſcholarium priuilegio 55.per totũ,vbi quatuor modis ampliat, & quinque limitat, & Matiençum vbi ſupra à numero quarto, vbi latè eam ſententiam per concluſiones tractat. Hodie vero,iure noſtro regio nouiori in omnibus caſibus inquibus donatio librorum vel expenſę ſtudij,non computantur, in legitimam intelligi oportet computari debere in tertiam & quintam bonorum paternorum partem in quibus melioratus cenſetur filius,et ſi quid ſupereſt computabitur in legitimam,ſi vero exceſſerit cæteris filijs tanquam inofficioſum reſtituetur,vt l.hac,& in l.10.ti.6.lib.5.recop. vbi Matienços gloſſ.2.& in l.3.tit.8.lib.5. gloſſ.1.nume.fin.& gloſſ.2.nu.8. & dixit dominus meus infra,nume.29.ad fin.ibi, hodie autem,& in additione ibi, ego firmiter teneo,&c.Vbi videas allegatos, & vltra ipſos Velazquez de Auendaño, hic, glo.3.num.4.&.5.

* Ad numerũ.18.ibi.)Quod pater non tenetur ſumptus,& expenſas miniſtrare, &c.Forte,ſi pater eſſet diues poſſet compelli, etiam ad alias diſciplinas alimenta filio ſuppeditare, vt tenet Rebuffus, de verborum ſignific.verbo, victus, numero 45. verbo,dicerem,tamen Cornelius Benedictus, de paupertate, & eius priuilegijs quæſtione 8.numero 33.tomo 18.tractatuũ folio.149.

* Ad numerum 21.ibi.)Et hoc caſu diſtingo aut militia eſt talis,&c. Eandem diſtinctionem obſeruant Albericus, Odofredus, Iacobus, Butrius, Faber, Angelus, Sali-



Salicetus,Fulgoſ. Aretinus, & Iaſo. in l. omnimodo.§.imputari.C.de inoffic.Mẽchac.de ſucceſ.creat.§.20. nu.203.& 218. Auendaños reſponſ.9.Couar.lib. 3. reſolutionum.c.19.n.4. &.6. Tellus Fernandez,hic.n.11.Matienços,in l.3.tit.8.lib.5. gloſſ.2.num.13.

* Ad num. 21.ibi.) Vt poſsit ardinari ad titulũ ſui patrimonij,nõ cõfertur, &c Contrariam opinionem tenet Couarr.in cap.Raynaldus.§.2.nu.7.de teſtam. Auẽdaños reſponſ.77.in.fin. Mẽchaca, de ſucceſſ.creatione lib.3.§.22. n. 44. Sed hanc domini mei ſententiam defendit Tellus ſcilicet filium non teneri conferre datum ſibi à patre, vt poſsit ad titulum ſui patrimonij ordinari.in.l.26.num.16.Matienços in l.3.tit.8.lib.5.gloſſ.2.in fin.Faber,in l.ſi emancipati.C.de collationibus. verbo ideo credo.Faber in.§.fin. inſt. de inoffi. Ioãnes Igneus in.l.3.§ ſubuenitur. n. 177. ad Sillanianum.Aymon.conſ.136. per totum.Caſaneus, in conſuetudinibus. Burgundiæ.Rub.7.§.5.fol.246.colum.1.licet tam Tellus,quam Matiẽços,& omnes ferè recentiores, hunc articulum tãgentes, aſſerant dominum meum, hic contrariã ſententiam defendere, ſcilicet conferre debere filium id quod à patre ad ordines ſuſcepit,cum id ipſe neget. Vnde Velazquez de Auendaño, hic hanc & contrariã opinionem ſic conciliat,in gloſſ. 3. nu. 8. vt in legitima imputetur ea donatio prædicto filio ad ordines,facta in legitima ſcilicet tertij & quinti,cum ſtatim quo pater eam fecit in tertio & quinto filium melioraſſe videatur, & ſic vera ſit opinio Couarr.& aliorum aſſerentium in legitimam eſſe imputandam.Item & dicendum in legitima nõ eſſe imputandã, ſcilicet extra tertium & quintum, tu melius eum legẽdo intelliges, & hanc conciliationem examinabis,quia mihi non omnino applaudet.

* Ad numerum.23.ibi.)Quia potius videtur debiti ſolutio quã donatio, &c. Et cõſirmatur hæc ratio,quia donata ob merita filij bona aduẽtitia cenſeri teſtatur Acurſius ab omnibus receptus in Authen. vnde ſi pares. verb. falcidiæ. C. de inoff. teſtamento.ſed aduentitia non conferuntur.l.fi.C.de collat.l.5.tit.15.p.6.& rationis rationem reddit Ferdinandus Mẽcha. de ſucceſſ.creat §.30.n.256. vbi hanc cõmunem opin. aſſerit & Matienços, alios Allegans in l.3.tit.8.lib.5.recop.gl. 2.n. 9. Dueñas reg.222.limit.1.

* Ad numer.23.ibi.)Debẽt probari per filium,non autem ſufficeret confeſsio patris,&c.Idẽ tenet Dueñas,reg. 222.limit. 1.Matiẽç.in l.1.titul.6.lib.5.gloſſ.9.numero.2.&3.

* Ad num.24.ibi.)Si vero filius totum lucrum acquiſiuit ex opera & induſtria ſua,&c.Ita etiam tenet Greg.in l.5. tit.17. p.4.verb.con los.& clarius in l. 3.tit.20. p.2.per tex.ibi.E mas de los hijos, &c. Et tradit Azeuedus in l.3.tit.8.lib.5. Recop. n.23.& vide Ripã in l. in quartam. n. 157. ad l.falcidiam. Tiraquellum relatum per Aluaradum,de coniecturata mente teſtãtis.lib.2.c.2.§.1.n.114.& Ayoran de partitionib.3.p.quæſt.2.per totam.

* Ad num.24.ibi.) Sed teneo opinonẽ Fulgoſij,&c. Vide Baeçam de decima tutorum.c.4.n.10.fol.44. col. 2. vbi plures alios idem tenentes allegat quibus ipſe accedit contrarium cum multis tenet Parladorius, in tract. rerum quotidianarum. c. 19.

* Ad nu.29.ibi.)Quia debet intelligi de ſimilibus donationibus,&c.Sic etiam illũ tex.intelligit,vt conciliaret cum l.26.Couarr.in cap.Raynaldus.§.2.numero 8. de teſtam.Palacios Rub.hic numer.7.Tellus num.2.verb.ſed quia aliquando in fin.& numer.4.verb. donatio vero & num.7. Gregorius Lopez in l.3.tit.4.par.6. verb. en ſu parte.in fi.& in l.3. verb.no querria. titul.15.part.6.Cifuentes hic. numero 1. Matienços in l.3.tit.8.lib.5.gloſſ.2. numero 1.& in gloſſ.1. numeto 8.hanc rationem aſsignantes,quia cũ donatio ſimplex ex mera liberalitate donantis procedat præſu-

præſumitur patrem voluiſſe, quod eam filius cum cæteris fratribus non communicaret,ſed præcipuam haberet quod in dote, donatione propter nuptias vel aliã ob cauſam neceſſariæ ſint,non procedit, quia in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit l.Diuus Pius.de reg.iuris.l.in neceſsitatibus eodem titulo, quare donando filiæ,ſeu alicui ex filijs ob cauſam donare intelligitur,patrem voluiſſe eam donationem conferri,quæ ratio deducitur à Ripa in l.in quartam numer.148.ad l.falcid. vbi Ruynus, numero 23. Monteprio 64.Corraſ.in l.filium, quem habentem numer. 128.C.familiæ herciſcundæ Menchaca de ſucceſſ.creatione.§.30.numero 268.verum hæc conciliatio, licet tantorum virorum mihi ſuſpecta videtur ex ſequentibus 1.quia præſupponit,quod ſi filio ob cauſam matrimonij donatio fieret, non comprehenderet tertium & quintum,neque in eo filius cenſetur melioratus,ſed tantum ad legitimam fore reducendam, quod abſurdum eſt,& contra mentem & verba tam noſtræ l.quam legis.26.ſupra quæ quidem leges ſi diligenter conſiderentur aperte probant donationem ſimplicem, vel ob cauſam, cuiuſcunque ſint qualitatis à parente filio factam in diuiſione hæreditatis non ſolum legitimam portionẽ,ſed tertium & quintum comprehendere in eo, quam tacite filium cenſeri melioratum,neque vlla ratio reddi poteſt, cur magis verba legis 26.ibi,hiziere alguna donacion, ad donationem ſimplicem, quam ad ob cauſam donationem referantur, atque ita proprie intellexit,Palacios Rubeus verba dicta l.26.in capit.per veſtras.3.notabili.§.22.numero 12.& ex numero 20. ſecurê tenens,quod ſi pater filio fecerit donationem ob cauſam videretur filium in ea quantitate,vſque ad tertium & quintum melioraſſe, quod etiam apertius probat l.noſtra,dum communis præſupponit intelligi, in donatione ob cauſam,& tamen expreſſe conſtituit quod ea donatio valeat, vſque ad legitimam tertium & quintum, itaque licet donatarius prædictam quantitatem non exceſſerit libere conſequi donationem repudiata patris hæreditate dum tamen non excedat tertiam & quintam quantitatem, vt ibi probat,ibi, mire lo que excede de ſu legitima,tertio y quinto, ſi igitur quælibet donatio ob cauſam in tertio & quinto bonorum ſuſtinetur, tam ex noſtra l.quam ex l.vigeſima ſexta, neceſſario fatendum eſt non ad quantitatem legitimæ tantum eſſe reducendã,ſed ſimul ad tertij & quinti æſtimationem,ſicut alia quælibet ſimplex computaretur contra ſupra dictam noſtratum conciliationem, qua veritate retenta iam conſtat non eſſe contrarias eas taurinas conſtitutiones,ſed vtranque debere intelligi in donatione ſimplici,vel ob cauſam vt ſi filius eam conferre voluerit, in legitimam & tertium & quintum computetur,quem intellectum ſcripſit latius Velazquez de Auendaño hic gloſſ.3.numero 4.& ſequentibus.

* Ad numerum 30. ibi) Sed ſalua eius pace,ego firmiter teneo contrarium,&c. Prout tenet Couarruuias in cap.Raynaldus §.2.numero 8.de teſtament. Bernardus Diaz de Lugo,ad Rodericum Suarez in l.quoniam in prioribus,quinta quæſt. nnmero 4.fol.96.Gregorius Lopez, in l. 3.verbo, en ſu parte in fin.titulo 4.par. 5. Tellus Fernandez,in l.26.& 29. nume. 2. Matiençus,in l.3.titul.8.lib.5.gloſſ.1.numero 8.& glo.2.numero 1.vbi hanc communem eſſe teſtãtur.

* Ad nu.33.ibi.)Tenetur reſtituere, illud reſiduũ quod tangit legitimã aliorum &c.Quod etiã docet Greg.Lop.in l.3.tit. 15.verbo,no querria,& in l.8.verbo, legitima,tit.4.p.5.Baeça,de nõ meliorand.dotis ratione filiab.c.33.n. 14.Matien.in l.3. tit.8.lib.5.glo.7.nu.1.& in l.3.tit.6.gl. 3. lib.5.Molineus in tract.de donationib.factis in contract.matrimonij n. 58. Caſtillus hic,verbo,inofficioſo,el 1. ibi & videtur ꝙ non tenetur filia,&c. Hanc ſenten-

tiam



tiam,tenet Segura,in l. cohæredi. §.cum filiæ,numero 129.de vulgari. Bernardus Diaz, de Lugo regul.215. Palacios Rubeus,in l.decima ſeptima Tauri numero 44.& ita fuiſſe iudicatum,in ſacro Concilio Neapolitano,refert Afflictis deciſione 86.ad fin.

* Ad numerum 34.ibi)Sed his non obſtantibus contrarium eſt tenendum, &c. prout tenet Palacios Rubeus,in repetitione cap.per veſtras notabili 3.§.22.numero 10.de donat.inter virum,& §. 24. numero 3.Gomez Arias in l.27.Taur. num. 11.vbi hoc pluribus rationibus cõfirmat, Baeça de non meliora.dot.ratione filiab. c.32.numer.3. & ſequentib. Molineus in tractat.de donationibus factis in contractu matrimonij,num.59.vbi contrariam ſententiam erroris portentum appellat. cum alijs quos congerit & ſequitur Matiençus in l.3.tit.8.lib.5.gloſ.5.num. 3.& in l.1.tit.2. glo.4.num.7.lib.5.recop.quibus in locis contrariæ partis fundamentis late reſpondet præſertim in d.l.3.

* Ad numer.36. ibi.) Quoad ſextum & vltimum principale,ſcilicet qualiter & quibus remedijs ſit conferendum,&c.ad de ſcripta,in l.dotis petitio C.de collat. & notabis etiam,quod ſi ſolutum ſit matrimonium,ita quod filia penes ſe habet dotem tenetur illam cõferre in ea æſtimatione,qua reperitur tempore mortis patris & tenetur conferre res ipſas dotales quales eo tempore reperiuntur,non vero earũ æſtimationem,ex quo ſequitur quod ſi filiæ fuerunt traditæ in dotem res mobiles,quæ tempore mortis patris reperiũtur conſumptæ non tenetur eas conferre, vt poſt alios tradit Afflictis deciſio. 247. Secundo infero quod ſi fundus filiæ in dotem à patre tempore mortis patris ſit pretioſior & eius valor excreuerit ex ſola mutatione temporis nihilominus eſt conferendus talis qualis tempore mortis patris reperitur & è conuerſo ſi ſine culpa filiæ effectus eſt vilior,debet conferri, vt eo tempore reperitur,vt tenuit Paulus in l.illud.C.de collat.quem ſequitur Socinus,conſil.65.verſic.6.concluſio.1.volumine Gregorius in l. 3.titulo 15. part. 6.verſiculo contar,quorum opinio mihi maximè probatur quanuis contrarium defendat Ayora de partitionibus 1.part. cap.3.verſic.4.quæro,quæ opinio procedit,& ſi res dotales datę ſint ſtimatæ, ea ſtimatione quæ faciat emptionem, nam nihilominus debent conferri res ipſę,non earũ ęſtimatio,ſi filia & cæteri fratres ęſtimationi non conſenſerunt, nec enim æſtimatio facta inter ſocerum & generum, potuit filiæ pręiudicare,argument.tex.in l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pactis:neque reliquis fratribus,qui ex ipſarum rerum collatione poſſunt affectionem prætendere.

* Ad numerum 41. ibi.) Secundum dubium eſt,&c. Vide de hac quæſtione Caſtillum,hic,numero vndecimo, Baeçam de dote,capit. 7. numero 28, & per doctores maximè Ripam,in l.in quartam numero. 206. cum pluribus ſequentibus, ff.ad l. falcid. & per Gregorium, verbo, contar, in l.3.tit.15,par.6.Azeuedum, in l.3.titulo 8.lib.5.recop.nu.2.qui latè eam examinat alioſque allegat.

### *Ad l.30.quæ hodie eſt,l.13.titulo 6. lib.5.Recop.*

VIde præter ordinarios,hic Matiençum,& Azeuedum in dicta l.13. titulo 6.libro 5.recopilat.Gutierrez, libro 2.quæſtionum quæſtione 52.51.& 53. & quæſtione 60.& 61. & 62. Angulum de meliorationibus l.13.Ayoram, de partitionibus ſecunda parte, quęſtione ſexta numero duodecimo, & quæſtione decima, numero vigeſimo primo,eiuſdem partis Eſpinum,in ſuo ſpeculo teſtamentorum.1.par.gloſſę.rubri.n.9.

* Ad numerum 1. ibi.)Impenſa funeris deducitur de quinto bonorum, &c. impenſa funeris,quæ ſit late tradit hic Velazquez de Auendaño glo.1.numer.7.&

quæ

quæ huius nominis appellatione contineantur Pellus Fernandez, nu 3. Azeuedus in l. 13. titulo 6. libro 5. numero 1. & ſequentibus.

* Ad numerum 2. ibi.) Præfertur hæc impenſa funeris, omnibus alijs debitis & creditoribus, &c. Hodie vero hoc prælationis ius à noſtra lege correctum eſt, licet Gregorius Lupus in l. 12. titul. 13. par. 1. verbo deudas, & in l. 30. titulo 13. part. 5. verbo, que otro deudo, tacite videtur ſentire, non corrigere ius prælationis, quod etiam clarius fatetur Angulo de meliorationibus. l. 13. gloſſa 3. numer. 21. verum eorum ſententia, per noſtram l. aperte conuincitur, quia ſi funeris impenſa, ex quinto neceſſario deducitur, vt in ea iubetur, & non ex aceruo hæreditatis neceſſario fatendum eſt non vigere ius prælationis, cum antea debita ſint deducenda, ex omnibus bonis teſtatoris quam quintum à quo expenſæ deducuntur formatum ſit, quod latius tradit Velazquez in præſenti numero 4. Mattienços in l. 13. titulo 6. libro 5. gloſſa 3. numero 3. idemquê dominus meus ſentire videtur, licet male intellectus à Matienço, vbi ſupra.

* Ad numerum 2. ibi.) Vel expreſſas vt probant prædicta iura, &c. contrariam tamen ſententiam communem teſtatur Ripa, ſcilicet impenſam funeris non præferri expreſſæ hypotecæ, in l. quęſtiũ, numero octauo, & in l. priuilegia. numero 48. ff. de priuilegijs creditorum, quam etiam licet ſub dubio ſecutus fuit Gutierrez, in l. nemo poteſt numero 95. de lega. 1. verum domini mei opinionem & ſic etiã expreſſæ hypothecæ præferri funeris impenſam, ſequitur Dueñas reg. 397. numero 7. vbi alios eam tenentes allegat Rolandus à Valle, conſil. 14. numero 23. volumine primo, & Ripa ſibi contrarius in tractat. de peſte. capit. de remedijs præſeruatiuis contra peſtem, numero 33. & Bartolum & alios eam tenentes, refert & ſequitur Rebuffus, in primo tomo conſtitutionum Franciæ, titulo de ſententijs prouſionalibus, in præfatione, numero 65. Ioannes Garcia de expenſis, & meliorat. capit. octauo numero 23. & 24. Matienços in l. 13. titulo. 6. libr. 5. recop. gloſ. 3. numero 2. vide etiam Azeuedum in numero 10. in dicta. l. 13. & Angulum ibidem, numero 23. gloſſ. 3. Gregorium in l. 3. gloſſ. fin. tit. 13. par. 5. & in l. 12. tit. 13. p. 1. Velazquez hic, nu. 2.

* Ad numerum 2. ibi.) Item etiam præfertur vxori, in ſua dote, &c. Idem tenet Corneus in l. fin. §. in computatione, numero 2. C. de iure delib. Neguſancius in tractat. de pignoribus 2. membro quintæ partis, numero 28. Ioannes Baptiſta Aſinius, in l. penulti. de religioſ. & ſumptib. funer. Velazquez, hic numero 3. Azeuedus in l. 13. tit. 6. lib. 5. recop. nu. 9.

* Ad numerum 2. ibi.) Hodie vero per iſtam legem nihil eſt immutatum, &c. Sed aduertendum eſt quod iſta l. videtur valde dubia & declaratione digna, nam ſi verum eſt, vt ſupra dixit & declarauit dominus meus, quod impenſa funeris deducitur, de ipſo patrimonio & corpore hæreditatis, & tale debitum eſt priuilegiatum, vt præferatur omnibus alijs debitis, & creditoribus hæreditarijs qualiter intelligatur noſtra l. dicendo & de nouo ſtatuendo, quod tantum ſoluatur de quinto: ſed pro perfecta declaratione dico quod ſtantibus filijs ſi nulla eſſent bona vel ita parua & modici valoris & æſtimationis taliter quod non ſufficerent ad ſumptus, & impenſa funeris prius, vel ante omnia debet deduci, & extrahi talis impenſa tanquam magis priuilegiata, & præfertur legitimæ filiorum, & meliorationi, & prælegato, & cæteris debitis & creditoribus ſi vero in tali patrimonio & hæreditate reperiuntur aliqua bona de quibus commode poſſet ſolui talis impenſa funreis & inſuper legitima & melioratio & ſimiliter legata in totum, vel in partem: tunc talis impenſa non eſt priuilegiata ſed prius & ante omnia debet deduci de ipſo quinto bonorũ





vt non diminuatur in aliquo legitima filiorum & melioratio tertij alicui eorũ facta, quæ habetur pro legitima reſpectu eorum & iſte eſt veriſsimus ſenſus & intellectus huius legis, ex quibus omnibus ſingulariter infero ad notabilem quæſtionem, an debitore mortuo nullis relictis bonis vel ita paruis vt ex his non poſsit ſatisfieri creditoribus ad inſtãtiam eorum poſsit iudex eius cadauer detinere & ſepulturam impedire, & videtur quod ſic: ſaltim quando talis debitor eſſet obligatus per ſententiam vel inſtrumentum guarentigium, quia tunc ſicut in vita fieri poterat executio in bonis eius ita poſt mortem poteſt fieri in eius corpore & ſepultura impediri, donec debitum ſoluatur, argum. tex. in authen. vt defuncti ſeu funera eorum, non iniurientur per creditores. §. 1. colla. 5. per quem ita tenet ibi Angelus de Peruſio & illud dictum tanquam vnicum & peregrinum, refert & ſequitur doctor de Segura, in repetitione. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verborum. fol. 6. 4. col. Sed ſalua eorum pace, illud eſt falſiſsimum & iniquum, & nulla lege probatur, & ſic teneo contrarium imo quod indiſtinctè pro nullo debito de mundo poſſit talis executio fieri, & ſepultura impediri: primo ex ſuperioribus fundamẽtis quibus probatur quod impenſa funetis præfertur omnibus alijs creditoribus etiam priuilegiatis, vt dixit dominus meus, hic num. 2. ergo præferatur, modo talis debitor defunctus fuerit, per ſententiam vel inſtrumentum guarentigium, debitor vel alio quouis modo. Secundo principaliter & in terminis pro hac ſententia & cõcluſione, eſt text. expreſſus, in l. fin. cum duabus authenticis ibi poſitis. C. de ſepulchro violato. Tertio facit, quia ex contractu non poteſt quis ita ſe obligare, vt fiat perſonæ præiudicium, & afficiatur aliqua pœna corporali, argumento text. in l. liber. homo. ff. ad l. aquiliam, & in l. ob æs alienum. C. de act. & oblig. & in l. titio cẽtum. §. 2. de conditionib. & demonſtrat. text. in l. qui filios. C. quæ res pignori obligari poſſunt. Quarto & quidem notabiliter, quia nullus creditor poteſt maius ius & potentiam habere in perſona debitoris quam dominus in ſerui perſona, ſed tali ſeruo non impeditur ſepultura, ergo, &c. Quinto quia etiam ſi talis debitor liberaretur, cedendo bonis & corpus non poſſet detineri in carcere, ergo à fortiori poſt mortem non poteſt ei ſepultura impediri. Sexto & finaliter, facit viua & cõcludens ratio, quæ pro lege habetur, quia ſi tale corpus debitoris poſt mortem detineretur, & ſepultura impediretur probabiliter & naturaliter poſſet cauſari horrẽdus odor & peſtis totius reipublicæ, & tale damnum commune debet euitari, & pro hac ſententia & concluſione eſt hodie. l. 12. & 13. titul. 9. part. 7. & l. fin. titul. 13. part. 1. & tenet Rodericus Suarez, in repetitione. l. poſt rem iudicatam. folio 127. & ita practicatur, ita tenet Felinus in capit. ſicut Iudæi colu. 1. de Iudæis Suarez in repetitione. l. poſt rem iudicatam 5. ampliatio. ad l. Regni, Couarruuias, variarum libr. 2. capit. 1. num. 10. Grammaticus, deciſione. 82. Caſtellus in l. 30. Tauri, verbo, gaſtos, Baeça. de inope debitore fol. 7. à num. 21. qui late tradit.

* Ad numerum 2. ibi.) Impenſa funeris deducitur tantum de quinto, &c. Vide l. 12. titu. 13. part. 1. vbi Gregorius, verbo, la perſona, vbi dicitur veſtes lugubres quæ dantur vxori, eſſe ex quinto deducẽdas, & adde l. 30. tit. 13. par. 5. & ibi eũdẽ Gregorium.

* Ad numerum. 2. ibi.) Et vltra illa nota, & adde quod impenſa funeris dicit, &c. adde quod ſicut impenſa funeris, præfertur alijs creditoribus etiam hypothecam habentibus, ita etiam præfertur impenſa facta in infirmitate defuncti & medicinis, vt argumento dictæ l. in reſtituenda. tenuerunt Valle conſilio decimo quarto numero vigeſimo tertio. Caſſaneus in conſuetudin. Burgundiæ, rubrica quarta §. 9. verſicul. & iſta impenſa. Ludouicus

Gomezius in Rubrica de infirmis reſignãtibus, priuilegio 5. & circa funeris impenſas, quomodo detrahi debeãt, vide deciſionem Luſitanam 308. vbi etiam quando veſtes lugubres dandæ ſint famulis, & adde etiam quod Caſtillus num. 12. tenet impenſam factam in infirmitate defuncti non dici impenſam funeris, licet ei æquiparetur, & vide bonum text. in l. quod in vxorem de negot. geſtis.

* Ad num. 2. ibi.) In infirmitate defuncti, &c. Idem tenet Fano de pignoribus in 2. membro. 5. par. num. 28. ad fin. Caſſanæus in conſuetud. Burgun. Rubr. 4. §. 9. num. 6. 7. & 8. Rolandus à Valle cõſil. 14. num. 29. volum. vbi num. 27. hoc intelligit de expenſis factis in infirmitate illa de qua defunctus deceſsit nõ vero ſi in alijs Rebuffus 1. tomo conſt. Franciæ. titul. de ſententijs prouiſional. in præfatione nu. 66. Azeuedus in l. 13. titul. 6. lib. 5. Recop. num. 3. alios referens.

*Ad l. 31. quæ hodie eſt l. 5. titul. 4. lib. 5. Recopil.*

VIde præter ordinarios hic, Matiençum, & Azeuedum in dicta l. 5. titul. 4. lib. 5. Coſtam in cap. ſi pater. pag. 109. num. 15. Gutierrez lib. 2. quæſtionũ. quæſt. 41. 42. & 43. Mieres in tractatu maioratum. 1. par. quæſt. 44. nu. 14. fol. 163. idem Mieres in dict. tractat. 1. par. q. 48. num. 3. fol. 167. Menchacam de ſucceſsionum creatione lib. 1. §. 4. numer. 3. & §. 2. num. 1. & lib. 3. §. 24. num. 3. & lib. 2. §. 17. num. 100.

* Ad num. 1. ibi.) Captatoria volũtas dicitur, &c. Idem Couar. in cap. cum tibi. num. 11. de teſtamen. Pelaez de maioratibus. 1. par. quæſt. 48. num. 3. folio 167. Azeuedus in l. 5. titul. 4. lib. 5. Recopilat. numero 15. Matiençus ibidem. gloſſa 2. à num. 1.

* Ad numer. 2. ibi.) Prima concluſio, quod ſi teſtator committit alicui, &c. De his omnibus captatoriæ modis tractat latè, Matiençus in l. 5. titul. 4. lib. 5. Recopil. gloſ. 1. per totã. Suarez in tractat. de capt. volunt.

* Ad nu. 4. ibi.) Vnũ tñ eſt, quod electio in certæ perſonæ decertis, benè põt alteri cõmitti, &c. electio põt cõmitti incertæ perſonæ decertis, quam quæſtionẽ latè tractãt Pariſius cõſil. 38. nu. 32. lib. 3. Suarez in tract. de captatoria, col. 2. & 3. Couar. in c. cũ tibi. nu. 11. de teſta. Coſta in ca. ſi pater, verbo, pauperes nu. 6. de teſtam. in 6. Mieres in tractat. maioratuũ. 1. par. quæſt. 48. nu. 1. & alijs. Matien. in l. 5. titulo 4. lib. 5. Recopil. gloſſ. 2. per totam. Velazquez de Auẽdaño hic, gl. vni. nu. 3.

* Ad num. 4. ibi.) Meliorandi, & eligendi vnum ex filijs vel deſcendentibus quem velit, &c. Quod ſi aliquis meliorauit filium quem vxor nominauerit cum conſil. Titij, & mortuus eſt Titius antequam fiat nominatio, quo caſu eam ſolã poſſe nominare arbitror argumento eius quod notat Bar. in l. 1. §. ſi plures nu. 9. de exercitatoria actione, vbi ſcripſit, quod ſi teſtator mandet aliquid fieri cum conſilio alicuius ſi ei nolit vel non poſsit conſilium præſtare, cum ſit mortuus poteſt actus fieri ſine eius conſilio, ſequitur Iaſ. in l. ſi quis arbitratu in fin. de verborum. Ruynus conſil. 126. volumine per totũ, facit text. in l. fin. §. ſed etſi quis. C. cõmunia delegatis.

* Ad num. 5. ibi.) Sed firmiter & abſq; dubio teneo quod poſsit, &c. Sic & moribus & conſuetudine induci poterit cum ea quæ lege induci poſſunt, poſsint conſuetudine induci. l. de quibus. ff. de legibus, facit etiam quia inſtitutio quæ fit in pupillari pendet ex alieno arbitrio hoc eſt patris quæ licet reprobata ſit. l. illa inſtitutio de hæred. inſtit. moribus tamen inducta fit. l. 2. de vulg. hancque ſententiam defendit Angelus in l. captatorias. num. 2. de hæred. inſtituend. Alexan. in l. captatorias, num. 2. de teſt. milit. vbi Iaſ. num. 4. & in dict. l. 2. num. 1. in princip. & domini mei ſententiam tenuerunt Alexan. Socinus & Iaſ. Ripa Alciatus in l. 2. in princ. ff. de vulgar. Tiraquellus de legib. cõnub. gloſſ. 5. numero 97. Padilla in l. 1. num. 52. & ſequentib. de lega. 2. Palacios Rub. in l. 31. Tauri nu. 26. Menchaca de ſucceſsionum creatione. §. 17. nume. 88. & 89. vbi hanc communem opinionem defendit ab impugnationibus Aretini & Iaſonis in d. l. 2. de vulg. & Couar. in c. cum tibi nu. 13. de teſtam. aſſerentium non poſſe per legem vel ſtatutum captatoriam voluntatem ſuſtineri, cuius cõtrarium videmus permiſſum per noſtram legem, vt rectè aduertunt ſupra citati doct. & ſentit Gregorius in l. 11. gloſſ. magna ad med. titul. 3. p. 6. quorum opinio vera eſt quidquid in contrarium aſſeruerit. Tellus in l. 31. Tauri numer. 7. vt tradit Matiençus in d. l. 5. tit. 4. lib. 5. recopilat. glo. 1. ad finem.

* Ad numer. 6. ibi.) Sed teneo contrarium, imo quod poſsit eſſe commiſſaria, &c. Idem tenet Palacios Rub. hic, nu. 36. Ciſuentes num. 3. Fernandez in fine Azeuedus in l. 5. tit. 8. lib. 5. recop. nume. 24. & ibi Matiençus gloſſ. 8. num. 5. amittet tamen hanc commiſsionem ſi luxurioſe viuat ſecundum Auiles in capit. prætorum in procemio num. 44. fol. 7. Ciſuentes hic num. 4. ad quem ſe remittit Tellus hic in final. verbis, Azeuedus vbi ſupra numer. 25. quod tamen, ſi ſecundo nubat nõ procedit, nam licet tutelam omittat non amittit hanc commiſsionem ſecũdum Couar. in cap. tua num. 5. de teſtam. Matiençum alios plures referens, vbi ſupra ad fin.

* Ad numerum 6. ibi.) Sed contrarium dico & teneo, &c. prout tenet Ciſuentes, in l. hac Tauri num. 5. Gomez Arias num. 6. Tellus Fernandez n. 4. Matien. hic, in d. l. 5. tit. 4. lib. 5. recop. glo. 8. num. 2.

*Ad l. 32. quæ hodie eſt l. 6. titul. 4. lib. 5. recop.*

VIde Matiẽçũ in l. 6. tit. 4. lib. 5. recop. & ibi Azeue. Couar. in cũ tibi de teſtam. Velazquez de Auend. hic Gutier. in quæſtionibus ſuis lib. 2. quæſt. 44.

* Ad nu. 3. ibi.) Non habet locum ſucceſsio ab inteſt. fiſci, &c. Idem tenet Caſtillus hic. num. 11. Villalobos, in antino. iuris ciuilis & regij litera B. n. 10. Tellus Fernandez hic, num. 4.

*Ad l. 33. quæ hodie eſt l. 7. titul. 4. lib. 5. recop.*

VIde Mieres in tract. maiorat. 1. p. q. 48. per totam maxime nu. 2. vſque ad nonum & num. 47. vſque ad 48. & 57. & 1. p. q. 52. num. 8. Couarr. in c. quia nos de teſtam. Tellus in l. 35. num. 2. Gregor. in l. 6. tit. 10. par. 6. & in l. 7. titu. 4. lib. 5. nouæ recop. Videndus eſt Matiençus & Azeuedus in d. l. 7. tit. 4. lib. 5. Gutier. in quæſt. ſuis q. 45. lib. 2. Mieres in tract. maiorat. 1. p. q. 48. nu. 3. fol. 167. Menchaca libr. 1. de ſucceſſ. creat. §. 4. n. 3.

* Ad nu. 1. ibi.) Tamen hodie habet tempus contemptum, &c. Couar. in c. nos quidem num. 1. Caſtillus hic, ante nu. primũ & Tellus n. 2. Azeuedus in l. 7. tit. 4. libr. 5. recop. n. 4. & Matiençus ibidem gl. 2. n. 2. aſſerũt etiã extante noſtra l. executorem teſtamenti annum ad defuncti voluntatẽ implendã habere, de quo in capi. tua nos. de teſt. & in l. 6. ti. 10. p. 6. quia noſter tex. nõ loquitur in executore ſed in cõmiſſario ad faciendũ teſtamentũ deputato, vt per ſupra dictos doct. & à quo tẽpore currat annus ille, & an iudicis monitio requiratur tradit Couar. vbi ſup. n. 2. & Greg. in d. l. 6. verbo, facta & in l. 8. tit. 10. p. 6. gl. 1. Meneſ. in authẽ. hoc amplius C. de fideic. n. 14. & Tellus hic, n. 1. & in l. 38. infra nu. 2. Azeue. vbi ſup. n. 5. Matiẽ. ibid. gl. 5. n. 1.

* Ad nu 2. ibi.) Teneo quod ſic: quia plena & libera poteſtas & facultas, &c. Idem tenet Caſtillus hic, gl. 1. Palac. Rub. nu. 6. Tellus n. 2. Coua. in d. c. nos quidẽ n. 1. de teſt. Greg. in l. 6. verbo haſta vn año, titul. 10. p. 6. & in gl. 2. in prin. Matiençus in d. l. 2. tit. 4. lib. 5. gloſſ. 2. n. 3. vbi Azeuedus n. 4. ad fin.

* Ad nu. 3. ibi.) Sed his non obſtãtibus, &c. Teneo contrarium prout tenet Caſtillus

ſtillus, in hac l. verbo, no le fuere dado, Palacios Rubeus numero 7. Matienςus in dicta l. 7. titulo 4. l. 5. gloſſa tertia, per totam.

* Ad numerum 4. ibi.) Imo quod nullo modo in noſtro caſu habeat locum reſtitutio, &c. Idem tenet Matienςus, in d. l. 7. n. fi. in gl. 5. Azeuedus ibidem in n. 12.

*Ad l. 34. quæ hodie eſt l. 8. titul. 4. lib. 5. Recopil.*

VIde præter ordinarios Matienςum in l. 8. tit. 4. libr. 5. recopil. & Azeuedum ibidem.

* Ad num. 1. ibi.) Ergo ſicut commiſſarius non poteſt facere nec ordinare teſtamentum, &c. Rationem hanc ſcripſit Palacios hic, num. 1. Tellus à 1. vſque ad tertium, & latius diſputans Matienςus in l. 8. tit. 4. lib. 5. Velazquez hic, nu. 1. Azeuedus in dicta l. 8. numero 1. Menchaca de ſucceſsionum creatione, libro primo. §. 4. numero 3.

*Ad legem 35. quæ hodie eſt l. 9. tit. 4. lib. 5. recop.*

VIde præter ordinarios hic, vide Mieres in tract. maioratuum 1. par. quæſt. 44. num. 14. fol. 499. Matienςum & Azeuedum in dict. l. 8. titulo 4. libr. 5. recopil.

* Ad nu. 1. ibi.) Eſt priuatus iure & facultate ſibi conceſſa, &c. Tenet idem Tellus hic, numero 1. aliam rationem reddũt Gom. Arias hic, Caſtil. & Ioãnes Lup. de Palac. Rub. quem refert Matien. in l. 9. tit. 4. lib. 5. gl. 1. nu. 1. & videas etiã Azeuedũ ibidẽ qui idẽ in electione iã facta eſſe teſtatur & Pelaez de mai. 1. p. q. 48. n. 45. & 46. qui in propoſitum alia cumulat.

* Ad nu. 1. ibi.) Si tamen nulliter fecit videas Tellum hic, n. 35. & Matienςũ in l. 9. n. 4. gl. 1. libr. 5. recop. vbi latiſsimè.

* Ad nu. 1. ibi.) l. dicere. §. fin. cum l. ſeq. & ſeq. ff. de arbitris confirmatur etiam ex doctrina & concluſione gloſſæ ſingularis in l. quidquid aſtringendæ de verborum gl. 3. quæ habet quod quando alicui competit ius declarandi à lege vel ab homine poſtquã ſemel declarauit non poteſt amplius declarationẽ mutare, & ad hoc ſumme notat & cõmendat ibi Bar. & cõm. doctor. & reputat ſingularẽ & vnicã Panormitanus, Alex. & Iaſ. idem Panormitanus in d. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudicijs Bal. in c. canonum ſtatutum, de conſtit. penul. col.

*Ad l. 36. quæ hodie eſt l. 10. tit. 4. lib. 5. Recopil.*

VIde Matienςum & Azeuedum in d. l. 10. tit. 4. lib. 5. recop. Gutierrez lib. 2. quæſtionum q. 46.

* Ad nu. 2. ibi.) Et reſolutiue teneo quod non, &c. Et bene, eſt enim deciſio exorbitans, & ad hunc caſum non trahenda vt per Caſtillum, hic, verbo, del teſtador, qui licet cõtrarium videatur tenere vt cõpelli poſsit ſaltim de æquitate canonica quintam partẽ impẽdere, quod tamen ipſe nõ exiſtimo admittendum indiſtinctè, ſed relinquendũ iudicis arbitrio.

*Ad l. 37. quæ hodie eſt l. 11. titul. 4. lib. 5.*

VIde Matien. in d. l. 11. & Azeu. ibid. Gutie. lib. 2. quæſtionum quæſt. 47.

*Ad l. 38. quæ hodie eſt l. 12. titul. 4. libr. 5.*

VIde Matienςum & Azeuedum in dicta l. 12.

* Ad nume. 1. ibi.) Poterit licite fieri ab alijs, &c. Quod etiã probat tex. in c. religioſus. §. ſane de teſtam. in 6. & ibi doct. maximè Franciſcũ col. 2. vbi in prin. illius §. hoc ampliat etiã ſi ille qui mortuus eſt vel alio modo impeditus exequi officiũ acceptauerit: nã propter hoc non ſunt defunctorũ voluntates differendæ, vt docet Azeuedus in l. 12. tit. 4. lib. 5. recop. in prin. Matienςus ibidem glo. 2. in num. 1.





* Ad numerum 1. ibi.) Præualet quod fecerit maior pars, &c. Ex noſtro tex. deciditur varietas opinionũ relata per Speculatorem, & eius additionatorem in tractat. de inſtrument. editione. §. nunc verò aliqua num. 50. & per Franciſcum in d. c. religioſus §. ſane col. 2. de teſtam. in 6. & per alios, quos refert Azeuedus vbi ſupra num. 1. Perez in l. 4. tit. 20. quæſt. 16. pag. 141. libr. 5. ordinam. Matienςus in d. l. 12. tit. 4. lib. 5. gloſſ. 3. num. 1.

* Ad nume. 2. ibi.) Vnus ſine alio non poteſt iudicare, &c. Idem tenet Matienςus in d. l. 12. titulo 4. libr. 5. gloſſa 3. numero 2.

* Ad numerum 7. ibi.) Niſi in caſibus à iure expreſsis, &c. Idem tenet Peralta in l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos nume. 12. de leg. 2. Azeuedus in l. 12. tit. 4. libr. 5. numero 3. Matienςus ibidem glo. 5. nume. 1. vbi a ſortis iudicio appellari non poſſe probat.

*Ad l. 39. quæ hodie eſt l. 13. titul. 4. lib. 5. Recopil.*

VIde Matienςum & Azeuedum in d. l. 13. Menchacam, de ſucceſsionum creatione lib. 1. §. 4. num. 3.

* Ad numer. 1. ibi.) Cum forma & ſolẽnitate requiſita in teſtamento, &c. Imo ſufficere facultatem cum forma & ſolennitate requiſita in teſtamento nuncupatiuo ad hoc, vt commiſſarius poſsit teſtari in ſcriptis tenet Matienςus in l. 13. titul. 4. lib. 5. recop. gl. 1. num. 1. verum hæc ſententia mihi ex eo diſplicet, quia contra tex. verba videtur, ibi, interuenga la ſolennidad del eſcriuano y teſtigos, que ſegun leyes de nueſtros reynos, ha de interuenir en los teſtamentos. Secundo conuincit hæc Matienςi ſententia ex ratione noſtri tex. infra adducta à domino meo, & ab ipſo approbata. Eãdem ſcilicet rationẽ virtutem, & effectum, qui eſt in conſequentiis antecedenti eſſe debere: Nec obſtat fundamentum ab ipſo traditum de reuocatione teſtamenti, quia diuerſum ius cõſtitui oportet in reuocatione, quam in confectione teſtamenti, ſed tu melius examina.

* Ad numerum 2. ibi.) Nam eadem ratio virtus & effectus, &c. Eandem hanc rationem approbat Matienςus in l. 13. tit. 4. lib. 5. gloſſ. 1. num. 3. ex qua ratione dubia mihi videtur eius ſententia ſupra in 1. additione relata.

*Ad l. 40. quæ hodie eſt l. 5. titulo 7. lib. 5. Recop.*

VIde Matienςum & Azeuedum ibidem. Vide etiam aliqua per Burſatum conſil. 67. volum. 1. Molinam de Hiſpanorum primogenijs cap. 6 per totum maxime à num. 28. & cap. 7. & 8. Gutierrez in quæſtionibus ſuis libr. 2. quæſt. 1. 2. 3. & 4. & q. 80. Mieres in tractat. maiorat. 4. par. q. 33. num. 1. fol. 514. & 321. Molinam de primogenijs libr. 2. nu. 28. fol. 50. & num. 90. fol. 56. Couarruuiam lib. 3. variar. fol. 26. col. 3. nume. 8. Diegum Perez in l. 2. ordinamenti fol. 116. col. 2. in verſiculo ex qua ratione.

* Ad numer. 5. ibi.) Indiſtinctè ſuccedũt collaterales ſecundum gradus prærogatiuam, &c. Vide quæ dixi in l. 8. nume. 6. in additione. ibi, quia tunc ſuccedunt collaterales in infinitum, & totum illum num. 6. poteſt hic, addere.

* Ad nu. 5. ibi.) Licet relinquat cogitandũ Philippus Decius ibi, 3. col. n. 8. Cepola cautela 95. &c. Tu videas Guillielmũ de monte Ferrato in tract. de ſuc. regũ fol. 3. ver. ex quibus Ioã. Delicrier, vbi reputat valde ſingulare in tract. de primog. lib. 1. 8. q. col. 1. n. 3. Iacob. de S. Georg. in tract. feudorũ in p. quis ſit Rex 2. fo. n. 6. Roderic. Suarez in repet. l. quoniã in prioribus C. de inof. fol. 86. 1. col. Philip. Decius cõſ. 85. 2. col. n. 3. 1. vol. quos ego ſequor. Pro qua ſententia & cõcluſione conſidero notabilem legem partitæ 9. tit. 1. 2. par. & l. 2. in fi. tit. 15. eadem part.

* Ad numerum 6.ibi.)debet eſſe vnus & non plures,&c.Quod etiam late probat Tiraquellus plures rationes reddẽs,in tractat. primogenitorum in præfat. numer.32.& ſequentibus,& numero 42.& 75.Gregor.Lopez,per textum ibi. in l. 7. tit.1.par.1.gloſſ.penult.D.Thomas de regimine principum.cap.2.Couarruu.libr. 1.practic.quæſt.cap.1.num.5.& lib.3.reſolut.cap.5.num.3.Palacios Rub.in rubr. de donat.inter virum.§.69.num.21.Rodericus Suarez in l.quoniam in prioribus extenſione 10.Molin.lib.1.cap.3. num.6. cum pluribus alijs quos congerit doctus Matiençus,in l.1.tit.7.lib.5.recop.gloſ.1. num.9.

* Ad nu.8.ibi.)Sed eis non extantibus, &c.Huius ſententiæ,etiam fuit Burgos de Paz,in procœmio legum Tauri nume.56. & ſequentibus Molina lib. 3.de Hiſpa.primogenijs cap.4.numer.5.Matiençus alios plures tam huius,quam contrariæ opinionis allegans in l.7.tit.7.gloſſ.6.lib.5.nu.1.

* Ad num.11.ibi.) Quia diſpoſitum in regno quod eſt caput videtur etiam diſpoſitum & debet ſeruari in mẽbris,&c. Idẽ tenet Menchaca de ſucceſsionũ creatione §.26.num.86.& 94.Couar.lib.3.reſolu.c. 5.num.5.verſi.4.Greg.in l.2.tit.15.par.2. verbo,el mas propinquo,& in l.3. verbo, mugeres,tit.13.par.6.Dueñas in reg.316. Burgos de Paz in procœmio legum Tauri n.69.Molina lib.1.de Hiſp.primogenijs, cap.2.num.22.

* Ad nume.12.ibi.)Ego teneo contrariam ſententiam & concluſionẽ,&c. Eandem tenet Greg.in l.12.tit.1.par.2.glo.1. Pinellus de bonis maternis in l.1.3. p. nu. 17.Mieres in tract.maiorat.1.p.q.12. nu. 14.Matiençus in l.11.tit.7.lib.5.gl.7.nu.2. Molina lib.1.cap.13.per totum, & in ſpecie,nu.10.Velazquez de Auendaño hic, glo.2.num.69.

* Ad nu.12.ibi.) Romanus in l.ſi ſequẽs §.fin.ff.ad Sillanianum,&c.Confirmatur etiam quia tantum valet generica diſpoſitio quoad genus, quantum particularis, quoad ſpeciem arg.tex.cum materia in l. centurio.ff.de vulgari,tex.in l.Lucius eodem tit.tex.in l.precibus quæſt.de impuberum,cum ſimilibus,rurſus etiã, quoniã quando quis legat penum hoc eſt eſculenta & poculenta videtur legare omnia quę illius vi ſunt parata & deſtinata,& quæ in eo poſsint comprehendi vbicunque illa ſint,tex.eſt in l.finali.ff.de penu legato,ex quo dicit eleganter ibi Bart. quod ſi teſtator legat cameram ſuam videtur legare ſupellectilia omnia cuiuſcũq; generis, quæ cameræ ſunt paratæ,vbicunque ſint:& ſequitur,& commendat Baldus in rubrica C.de verb.ſign.Paulus Imola, & cõmun. doct.in l.cum pater §.mente de leg.2. ergo,idem dicamus in propoſito,quod quãdo rex,vel princeps conceſsit alicui titulum maioratus in bonis à ſe donatis vel in bonis ab eo poſſeſsis videatur concedere,cum omnibus priuilegijs qualitatibus & prærogatiuis ei competentibus, ſcilicet vt bona perpetua ſint inalienabilia & perueniant in filium maiorem præferendo maſculum fęminę & tranſeat ad deſcẽdentes vel collaterales, ſine coârctatione gradus,& alijs qualitatibus & prærogatiuis ei competẽtibus de quibus ſupra diximus & infra dicemus.

* Ad num.12.ibi.)Sed diuidentur inter hæredes, &c. Idem tenet Velazquez de Auendaño hic,glo.2.nu.68.Molin.de primogenijs lib.1.c.11.num.27.

* Ad numerum 13.ibi.)In ſua re per cõtractum inter viuos,&c.Prout communi opinione continetur,quam refert Tellus in l.3.Tauri.2.p.nu.10.& per regulam & fallentias tradit Iaſ.in l.ſi ita quis.§.ea l.nu 19.cum ſequentibus Gutierrez in d.l. nemo poteſt n.27.Azeu.in l.11.tit.6.libr.5. recop.n.10.quod ſi in cõtractibus hæc ꝓhibitio apponebatur nõ impediebat dominij trãſlationẽ,vt probat tex.in l.43.tit. 5.p.5.& rationẽ differentiæ inter contractus & vltimas voluntates quoad hanc prohibitionem alienationis tradit Gutierrez vbi ſupra.





* Ad numerum 13.ibi. ) Sed facta alienatione transfertur dominium, &c. Id etiam tenet Gregor.in l.43.titul.5.part.5. verbo,no vale,Molina lib. 1.c. 12.nu.30.

* Ad numerum 16.ibi.)Et certe opinio Socini videtur verior & tenenda,&c.Eãdem ſententiam amplectitur,2.tomo variarum dominus meus cap.2. numer. 12. & alijs relatis Couarru.lib.2.var.cap. 19. num.8.

* Ad numer.18.ibi.) Ius hypothecæ in eadem ré,&c.Vide Gregorium, idem tenentem in l.19.titu.8.part.5 gloſſ.magna Gutierrez in l.nemo poteſt,num. 157. & nume.28.vbi iſtum caſum late proſequitur Azeuedus in l.11.tit.6.lib.5.recop. n. 28.Oroſcius in l.penult.nu.11.ff.de pact. Gomez de Leon in centuria informat. facto 59.

* Ad numer.18.ibi.)Probat tex.ſingularis & vnicus in iure in l.ſi creditor. §.fi.ff. de diſtract.pig.&c.Hanc interpretationẽ confirmat aperte lex penult. C. de rebus alienis non alienandis , & ex ea plura vtilia & notatu digna deducũt Gomez de Leon,in centuria informationum facto 59.nu.38.Gutierrez in repet.l. nemo poteſt à nu.38.de leg.1.

* Ad numerum 20.ibi.) Ponitur aliqua clauſula tranſlatiua poſſeſsionis,&c. Hãc ſentẽtiam communem teſtatur Oroſcius in l.nemo col.954.verſ.20.ff.de pact.Azeued. in l.11.tit.6.lib.5.n.11.quod vt maiorẽ firmitatem habeat talis alienationis prohibitio dicat donatarius cuius fauore & in quẽ fit donatio ſeu cõtractus & alienis prohibitio,ita ſe promittere,&pro cõtractus obſeruatione omnia ſua bona obligare ſpeciales,quod res donatas,& in contractu contentas nam hoc caſu non ſolum alienatio impedietur,ſed & contra tertiũ retenentem res agi directa via poteſt,vt reſtituat cauſauitq; difficultas per dominũ meum appoſita,infra ibi tantum aduertendum, &c. Quod ſic fieri, vere tenet Suarez,in l.poſt rem verſic.que las cumplades,quæ eſt prima limitatio nume.10. ff.de re iudicata,Iaſ.in §.diui.1.lectura numero 91.& in l.ſi ita quis.§.ea lege. ff. de verborum.num.&Greg.in l.19.tit.8.par. 5.glo.magna in princ.colum.2. vſque ad finem ,& in l.43.tit.5.par.5.Fanno de pignoribus,1.membro 2.partis,nu,5. cum duobus ſequentibus,& facit l.finalis titul. 5.part.5.idque etiam tenuit Molina lib.1. cap.2.num.35.& vide etiam Azeuedum, in l.11.titul.6.lib.5.recop. num.11.in fin. qui ſimul cum Oroſcio in l.nemo.ff.de pactis,col.955.in medio Tello in l.27. Tauri,num.2.ad fin.Molina d. libr.1.cap. 12. num.31.& 32.aſſerit communem ſententiam alienationis prohibitionem in contractu poſitam annulantem locum non habere quoties in contractu fit rerum in eo contentarum,vinculum per viam maioratus, nam tunc prohibita alienatione erit efficax prohibitio,vt alienatio non valeat , neque dominium transferatur eo quod in ſucceſſorem dominium, & poſſeſsio transfertur mortuo poſſeſſore alienante,ex l.45.Tauri , vbi rationes ſupra allegati redunt præſertim Molina vbi ſupra quo caſu poteſt ſtatim ſucceſſor vocatus petere alienationem illam reuocari,ſecundum dominum meum primo numero 88.

* Ad numerum 25.ibi.) Nunquam poteſt prohiberi alienatio , &c. Hanc ſententiam communem teſtatur Couarruuias,in capitulo Raynaldus in prin. numer.4.fol.131.de teſtam.Iaſ.in authentic. res quæ communia de leg.Suarez allegat. 9.columm.6.& 7.idem Iaſo.in l.fin. §.ſed quia num.4.C.ad Trebellianum,licet Suarez,vbi ſupra,& in allegatione 19.in medio aliud velit.

* Ad num.28.ibi.) Quia cum leges partitę regulariter non ſint correctoriæ iuris communis,&c.Idem aſſerit Couarr.libr. 1.variar.c.14.nu.5.Gomez Arias in l. 43. Tauri.nu.3.Matiençus in l.8.tit.7.libr. 5. glo.3.num.21.

* Ad numerum 29.ibi.) Et iſtam ſententiam contra Bartolum & communem

opinionem tenet Paulus,&c. Quam etiã
defendit Couarru.lib.1.variarum cap.14.
numero 9.cum alijs quos ipſe allegat Ve-
lazquez de Auendaño hic,gloſſ.2.num.7.
Perez lib.3.ordinamenti.col.1056.com-
munioremque hanc ſententiam contra
Bartolum teſtatur Suarez in l. quoniam,
8.quæſtione l.regni,pagina 216. benedi-
ctus relatus à gloſſ.2.l.7.titu.4.part.5.ve-
rioremque &communiorem contra Bar
tolum teſtatur Dueñas regul.216.quod
hodie clarius procedit attenta l. 2. titulo
de los contractos y obligaciones,in fine
lib.5.recop.qua l.attenta ſic tenendum aſ
ſerit cum domino meo Villalobos in an-
tinomia iuris ciuilis & regij. fol.6.nu.26.
lateque eum diſputat Azeuedus alios re-
ferens in l.vndecima,titulo 6.libro 5.nu-
mero 19.

* Ad numerum 33.ibi.) Vinculum vel
ſubmiſsionem tollere vel reuocare in prę
iudicium alterius filij,&c. Vide quæ dixi-
mus in additione,ad num.29.ibi & iſtam
ſententiam.

* Ad numerum 36.ibi.) Quodlibet gra
uamen, vel vinculum reſtitutionis,ſub-
miſsionis,&c.Ergo maioratus appellabi-
tur,etiam ſine regis licentia confectus,vt
hic dominus meus ſentire videtur,&pro
batur expreſſe, in l.2.tit.7.libr.5. vbi Ma-
tiençus,gloſſ.1.& in l.11.titul.6.lib.5. vbi
idem Matiençus glo.11.idem in l.1.glo.1.
numero 11.& gloſſ.3.tit.7.lib.5.Caſtillus
in l.27.Tauri,verbo, para ſiempre,Pala-
cios Rub.ibidem numero 77.Tellus Fer
nandez,numero 2.Gomez Arias,numer.
59.Gregor.Lopez in l.2.tit.5.part.2. gloſ.
1.in fin.cum alijs relatis à Matienço in l.8.
titu.7.lib.5.gloſſ.3.numer.5.qui fit, vt in
eo maioratu poſſeſsio tranſeat de qua in
l.45.licet dominus meus contrarium de-
fendere videatur aſſerens maioratum ſi-
ne regis licentia non appellari,in l.45.iux
ta numerum 166. Gomez Arias,in l.25.
Tauri,numero 62.ſed contrarium eſt re-
ceptius,vt ſupra probauimus ac per con-
ſequẽs poſſeſsionem,de qua in d.l.45. in
prædicto maioratu obtinere etiam ſine
regis licentia facto,vt in ſpecie docet Co
uarru.lib.3.reſol.cap.5.numer. 6. Molina
lib.1.de primogen.cap.1.numer.26. Ma-
tiençus,in l.11.tit.6.lib.5.glo.11.nume.4.
& in l.8.tit.7.lib.5.gloſ.3.num.40.Suarez
in allegatione 19.verbo, præterea omnia
iſta &vide in d.l.45.in additione ad num.
116.& videas etiam Matiençum, in locis
ſupra allegatis,vbi late id tradit & Palac.
Rub.in l.24.Tauri,nu.82.qui de hac opi-
nione dubius fuit.

* Ibidem etiam poteſt in eo apponi
quodlibet grauamen,&c. Quod vinculũ
vel grauamen ſeu maioratus poteſt fieri
in prædicto tertio ſine licentia principis,
iuxta l.27.ſupra quę hodie eſt l.11.titu.6.
lib.5.recop.qua probatur poſſe, in tertio
& quinto fieri meliorationem quod ex
illa l.expendit Caſtillus ibi,verbo, para
ſiempre,Palacios Rubeus, numero 77.
Tellus numero 2.Gomez Arias numero
59.Gregorius in l.2.titulo 15.par.2.gloſſ.
1.in fin.Menchaça, de ſucceſſ. creatione,
§.26.numero 95.& 96.Couarr.lib.3. va-
riarum,cap.5.numer.4.Molina lib.1.cap.
1.numero 25.Matiençus in d.l.11. titulo
ſexto,libro quinto,gloſſa vndecima, nu-
mero primo,vbi differentias inter huiuſ-
modi maioratus ſine licentia principis &
cum eius licentia conſtitutos refert.

* Ad numerum 37.ibi.) Talis prohi-
bitio non valet, &c. Sed in Hiſpano-
rum primogenijs propter ipſorum na-
tiuam perpetuitatem, eo ipſo quod quis
maioratum conſtituit, aut conſtituere
profitetur, ſeu ex coniecturis colligitur,
prohibitio alienationis adiecta cenſetur
dominijque trãſlationem impedit,etiam
ſine cilla alia cauſa adijciatur,vt tradit la-
te Molina libro primo,cap. quinto, nu-
mero 31.

* Ad numerum 38. ibi.) Cum le-
gitima cauſa,quia teſtator prohibuit rem
alienari, &c. Talis prohibitio aliena-
tionis valet, vt tenet Tellus in l.5.Tau-
ri,ſecunda part.numero decimo,in prin-
cipio,



cipio Meneſius in l.quoties. nu. 10. & 11.
C.de fideicommiſſ. Gutierrez in l. nemo
poteſt.num.22.Azeuedus in l. 11.tit.6. li-
bro 5.recopilationis numero 10.qui etiã
cum domino meo pro cauſa ſufficienti
rem maiorum ſuorum apponi poſſe
aſſerunt,

* Ad num.28.ibi.) Vel erat fortalicium
vel turris fortiſsima, &c. Idem hoc caſu
docet Baldus ab omnibus receptus in l.
quoties.C.de fideicommiſſ.num.1.Greg.
in l.44.titul.5.partit. 5.Matiençus in l.6.
titulo 7. libro 5. gloſſ.prima num.2.

* Ad num.38.ibi.) Tacite videtur ineſ-
ſe ex qualitate rei, &c. Idem tenet Tira-
quelus plures referens de vtroque retra-
ctu in præfactione numero 39. Peralta in
in l.3.§.qui fideicommiſſa. numero. 30.
ff.de hæred. inſtit. Molina libro 1. cap.6.
num.31.

* Ad num.40. ibi.) Ne res vel fundus
exiret de familia,&c. Hoc caſu prohibitio
alienationis vltra 4. generationem non
extendi notat Eartolus & communiter
ſcribentes per text. in authent.de reſtitu-
tione per fideicommiſſum. §. nos igitur
collatione 9. notat Xuarez in l. quoniam.
2 limitatione numero 18. Alciatus, conſ.
96.numero. 15. quam etiam opinionem
in ſpecie ſequutus eſt Palacios Rubeus in
capit.per veſtras. de donat. inter virum.
3.notabili.§.26.columna vltima numero
20.quamuis ibidem in fin. verbis affirmet
ſe id non firmare,contrariam tamen ſen-
tentiam veriorem eſſe exiſtimat Moli-
na libro 1.capite 4. nume. 12.plures alios
allegans.

* Ad numerum 40. ibi.) Et ibi Bar-
tolus columna 2. ad fin. & communiter
doctores, &c. Idem tenet Pelaez 2. parte
quæſtione 6. numero. 84. Molina lib. 1.
cap.5.num.23 & 24.Iulius Clarus libro 5.
ſententiarum.§. teſtamentum quæſt. 76.
Valle conſ.100.num.8.

* Ad nu.41.ibi.) Proximior in gradu
ſemper debet præferri,&c. ita tenet Tira-
quellus de primogenit. quæſt.40.nu.159.
Aluarus Vaez, de iure emphyteutico q.
50.num.36.Coſta de maiorat.bonorum.
reg.num.20. Couarru. cap.38. pract. nu.
4.Tiberius Decianus, conſ. 1.num. 175.
lib.1. Velazquez de Auendaño alios re-
ferens hic gloſſ.20.num. 16. Matiençus in
l.5.tit.7.lib.5.gloſſ.5.num.11.proximitas
autem hæc atendenda eſt reſpectu vltimi
poſſeſſoris & non reſpectu primi funda-
toris Socinus in l.ſi cognatis nu. 40. ff. de
rebus dubijs.& in l. hæredes mei. §. cum
ita num.21. ad Trebell. & conſ.73. num.
14.lib.4.& conſ.43. lib. 3. & conſ. 86. nu.
11.lib.3.Corneus conſ.22.lib.2.& 90. lib.
1.Curcius Iunior conſ. 125. num. 4. Ru-
beus conſ.36.cum duobus ſequentibus la-
te Marianus Socinus conſ. 126. num. 36.
lib.1.Gozadinus conſ.4.num.17.& 31.Ti
raquellus de retract.lib.1.§.11. gloſſ. 1.in
fin.Clarus lib.3.§.teſtamentum.quæſ.76.
num. 14. vbi hanc appellat communem
& nullo modo ab ea recedendum in iudi-
cando & conſulendo Alciatus conſ. 48.
num.12.&.610.num.4.Beroius in cap. in
præſentia num.417.Menchac.lib.3. §.26.
num.11.Aluarus Valaſcus de iur.emphy-
teutico.quæſt.50.num. 34. Molina. lib.3.
capit.9.per totum num.20.& lib 1. cap. 6.
num.47.& lib.3. cap.4. num.14. Gregor.
in l.2.tit.15.par.2.in verbo, el mas propin
co pariente, ad finem. in verſiculo nota
item, Valle conſ. 100. numero 10. & 18.
Pelaez 2.part.q.8. Pariſius conſ. 2. nu.47.
volumine 1. Burgos de Paz conſ. 29. nu.
8.& 41.& 51.Matienç.s in l.7.tit.11.lib.5.
collect.gloſſ.2. num.1.fol.354. in verbo,
y alguno de aquel abolengo, & in l. 8.
titulo 11.libro.5. gloſſa 3. folio 373. ver-
bo, otro pariente propinquo lib. 3.§. 27.
numero 4.

* Ad numerum 44. ibi.) Ita tenet Sa-
licetus in l.quotiens.la. 1.2. columna nu-
mero 3. C. de fideicommiſsis. Sed ſalua
eius pace, ego firmiter teneo contra-
rium,quod etiã hoc caſu intelligatur gra-
uatus reſtituere vni ex familia eius teſta-
toris & ſic proximiori nõ vero de familia

extranei grauati, 1. per.text.in dicta.l. ſi vnum ex familia.§.Si de falcidia.ff.de leg. 2.Secundo, quia quando in aliquo caſu vel perſona reperitur maior qualitas & coniunctio in dubio ſemper præfertur alteri,tex.in authentic.itaque. communia, de ſucceſſ.cum ſimilibus, ergo in noſtro caſu cum vertatur dubiũ, de hac duplici familia præfertur, illa quæ eſt teſtatoris cum in ea vigeat maior qualitas, & coniunctio ſanguinis nec obſtat ratio, in qua ſe fundabat Salicetus,quia fateor quod ratione affectionis,ſeu gratitudinis, ex aliquo beneficio,recepto iuſte potuit teſtator moueri illũ extraneũ eligere, & præferre familiæ propriæ teſtatoris cum præciſſe eum non,teneatur inſtituere, argumento tex.in l.1.& per totum.ff.& C. de inofficioſo teſtamento,cum ſimilibus de quo latius ſuo loco dixi, tamen iſta ratio non vrget nec militat in cæteris,de familia ipſius extranei . Nec ſimiliter obſtat gloſſa ordinaria in l.cum acutiſsimi.C.de fideicommiſsis, in gloſſa 2. in quantum vult,quod ſi filius vel deſcendens grauatur, ſtatim pure vel poſt certum tempus bona vltra legitimã reſtituere alicui etiã extraneo,non ſubintelligitur tacita conditio,ſi ſine liberis deceſſerit, quia ibi aperte conſtat de perſona fideicommiſſaria.in cuius fauorem poſuit grauamen reſtitutionis quæ cum ſit vocata, ſtatim & pure ſine dilatione mortis aperte voluit eam præferre filio,&per conſequens alijs ſucceſſoribus & deſcendentibus eius de familia,vt plene dixit dominus meus in materia fideicommiſſariæ ſubſtitutionis,numero 37.tamen in noſtro caſu non quærimus,nec dubitamus, de ipſo tertio fideicommiſſario, vel legatorio extraneo grauato reſtituere, vel relinquere vni de familia,quia intelligitur de familia teſtatoris nam in cæteris, de familia ipſius extranei non militat eadem ratio.

* Ad numerum 55.ibi.) Primus quod ſi habet filios vel deſcendentes,&c.Ad huius effectus comprobationem videas additionem poſitam,iuxta numerũ.57. ibi & alios ſua legitima priuare,& de ſequentibus effectibus, vide Matiençum in l. 11. titulo 6.libro 5.recopilationis,gloſſ.11. à num.20.

* Ad numerum 55. ibi.) Secus tamen eſt in alijs bonis ex alia cauſa vinculis & reſtitutione ſubiectis,&c.Sentire videtur dominus meus,ſine Regis licentia maioratum,diei non poſſe, nec poſſeſsionem dicta.l.45. in prædicto maioratu tranſire quod clarius docuit in l.45.iuxta numero 116.vbi videre poteris,in additione ad illum num.ibi,imo quod ſolum habeat locum,&c.Et ſupra in additione ad nu. 36. huius legis, vbi quodlibet grauamen vel vinculum.

* Ad numerum 56.ibi.) Breuiter dico quod ſi ſic,&c.Prout etiam dicit Tiraquellus,de primo genijs quæſt.4.num.1. Couarruuias lib.3.reſolut.c.5.numero 5. verſiculo 3.eadem ſed & reipublicæ vtile eſſe cenſet Paulus conſil. 343. in fin. libr.1. conſil.Burgos de Paz in proœmio legum Tauri,numero 83.doctiſsimè & latè Matiençus in l.1.titulo 7.lib.5.recop.gloſſ.1. numero 12. & ſequentibus, Soto de iuſt. & iure,lib.4.quæſt.5.numero 1.pag.286. colum.1.ad fin.Meneſius,in rub.nume.4. cum tribus ſequentibus. C. de fideicommiſsis,Molina,de primogenijs lib.1. cap. 1.Azeuedus,in rubr.titulo 7.lib.5. recop. num.11.

* Ad num. 56. ibi. ) Ita ſingulariter determinat Palacios Rub. &c. Tiraquellus in tractat. primogenituræ.4. quæſtione & probat aperte textus in l.2. titulo 15. part.2.

* Ad numerum 57.ibi.) Et alios ſua legitima priuare, &c. De licentia tamen Principis,vt aduertit Matiençus in l.11.titulo 6.libr.5.recopil.gloſſa 11.numero 2. nam ſine eius licentia filios, ſua legitima priuare non poterit,vt in toto titul.6. lib. 5.nouæ recop.& in l.9.tit.5.lib.3.fori, & docet dominus meus, ſupra numero 55. Gregor.in l.2.tit.15.part.2.gloſſ.1. Menchaca



chaca de ſucceſſ.creatione capit.26.num. 95.& 96.Molina lib.1.de hiſpanorum primogenijs.cap.1.num.5.& ſequentibus & in conſcientiæ foro huiuſmodi licentiam à principe poſſe concedi eſt communis reſolutio ſecundum Dynum in capit.indultum,de reg.iuris lib.6.cui acceſsit Cynus in l.ſancimus. C. de nuptijs.Bartolus in l. Titio centum.§. Titio genero de cond.& demonſtrat.num.6.Corneus conſil. 150. lib.1.& conſ.210.lib.3.Menchaca de ſucceſſ.creatione §.20.num.296.Alciatus,in tract.præſumptionum reg.1.pręſumptione 8.cum alijs pluribus aditis per Matiençum,in l.2.tit.7.gl.1.nume.2.lib.5.recop.

* Ad numerum.57.ibi.)Dum tamen eis alimenta neceſſaria relinquat, &c. Quæ tamen filio nullo iure tolli poſſunt, vt pluribus rationibus &authoritatibus probat Menchaca de ſucce.creatione.§.20.num. 310.& 311.Couar.de ſponſalib.2.p.§. 6. cap.8.nume.5.Caſtro libr.2.de hæreticorum,iuxta punitione.§.vltimo , ex quo patet non omnino eſſe reijcienda eorum opinionem qui negant in totum poſſe,tolli legitimam fatentur tamen lege vel ſtatuto poſſe diminui,vt idem Caſtro vbi ſupra nume.4.docet cuius opinionis fuerunt,Rotæ auditores in antiquis , deciſione 476.& in nouis deciſione 18. Couarr. vbi ſupra numero 4.& 5. qui alios plures refert Gregorius in l.33.titul.9.part.6.in gloſſ.magna 3.column.in fin.Molina lib. 2.de primogen.capit.1.nu.14.Matiençus tam antiquos , quam modernos cumulans,in l.2.titul.7.lib.5.gloſſ.1.numero 3. niſi forte filius habeat aliũde, vnde ſe poſſit colere aç ſibi alimenta acquirere ex artificio vel officio vel alias,nam tunc cum alimenta ei non debeant poterit in totum legitima priuari,vt tradit Panormitanus, in cap.Raynuntius, numero 12. de teſtament.Palacios Rub.in cap.per veſtras 3. notab.§.4.in princ.de donat.inter vir.Couarru.vbi ſupra nu. 5.Menchaca d. §.20. numer. 304.Matiençus vbi ſupra num.4.

* Ad numerum 59.ibi.) Imo quod talis conſtitutio,& diſpoſitio,&c. Vnde ſi ex aliqua diſpoſitione,vel ſcriptura donationis teſtamenti priuilegij probationis, vel ſententię competat aliquid alicui iure maioratus,licet aliæ clauſulæ vocationis prohibitionis, vel fideicommiſsi, in eadem ſcriptura non contineantur hæ omnes clauſulæ cenſebuntur appoſitæ eoſdemque ſorciet effectus , quos apud nos & aliàs prouincias bona primogeniorum & maioratuum ex conſuetudine moribus legibus,aut conſtitutionibus habere ſolent, vt aſſerit Suarez,in quæſtione maioratus numero 8.Palacios Rub.in rub.de donat. inter virum.§.69.nu.22.Gregorius Lop. in l.2.gloſſ.1.poſt princip.&gloſſa,el mas propinquo,titul.15.part.2.Couarruuias, lib.3.variarum reſol.c.5.per totum. Menchaca de ſucceſſ.creatione c.26. numero 86. Burgos de Paz , in proœmio legum Tauri , numero 88. Decius conſilia. 297. Matiençus,in l.1.tit.7 lib.5.recop.gloſſ.7. num.1.Molina,lib.1.de primogenijs cap. 4.numero 14.cum ſequentibus, & rationem late tradit Matiençus, vbi ſupra numero 2.

* Ad nume.59.ibi.)Sed perpetuo tranſiuit ad omnes ſucceſſores, &c. Idem tenet Pariſius conſil.75.numero 82.libr.4. Couarruuias lib.1.variarum cap.5. num. 4.Greg.in l.2.titu.15.par.2.verbo,el mas propinquo, Menchaca,de ſucceſſ.creatione libro 3.§.26.numero 94.Molina libro 1.capi.4.per totum, Velazquez,hic glo.1. num.29.

* Ad numer.62.ibi.) Quod ſuccedet filius vel deſcendẽs maſculus,&c.Ita etiam tenet Gregorius in l.3.tit.13.par.6.gloſſ. 1.column 2.Couarruuias lib.3.cap.5. nu. 5.Gregorius,idem in l.2.tit.15,par.2. verbo,el mas propinquo,Azeuedus in l.5.tit. 7.lib.5.num.fin.Molina lib.1.cap.3.num. 8.& libr.3.cap 4.nu.4.& 5. Velazquez de Auendaño hic,gl.9.num.33.

* Ad numerum 64. ibi.)Non expreſsit nec nominauit,&c.vel cum haberet plura bona, Rex vel princeps conceſsit ſibi

titulum, ducatus, aut comitatus, vel dixit, quod deinceps habeat iure & titulo maioratus, vel forte Rex vel princeps cõceſſit, ſibi Caſtrũ Villam, vel oppidũ per viam & titulum maioratus nulla deinceps alia perſona nominata vel electa ad quem perueniat maioratus.

* Ad numerum 64.ibi.) Sed in hoc articulo, ego teneo contrariam ſententiam, &c. Quam etiam tenet Burgos de Paz, in quæſtionibus ſuis, qnæſtione 2. num. 67. cum pluribus ſequentibus Azeuedus in rubrica titul.7.lib.5.nouæ recopil.nume. 5. & 6. quia cum mentio maioratus vel vinculi fiat durat in perpetuum etiam ſi tantum vnus ad eum vocetur, vt tradit Couarru.in lib.3.variarum capit.5.num.6.& Oroſcius, ſuper ff. veteri colu.955.verbo, 36.Pelaez de maioratibus in initio primę partis, numer.4.& 6.& 7.quod & in anniuerſario procedere docet Meneſius in rubrica de fideicommiſsis numer.8.cum ad maioratus ſimilitudinem conſtituatur & deducatur, & docet etiam Pelaez, vbi ſupra num.7.Azeuedus vbi ſupra numer.6. etiam ſi modernus Salazar, de vſu & conſuetudine capit.finali, velit eos reprehendere. Secus vero foret, ſi mentio verbi vinculi, nõ fieret etiam ſi vocaretur filius maior & in eius defectum alter filius eius maior, nepos inſtitutoris, ita vt bona eſſent inalienabilia, quia hæc inſtitutio non erit perpetua, ſed tantum durabit vſque ad nepotem vocatum vt tenet Couarru. vbi ſupra, numero 4.Rebuf. in repetit.l.vnicæ. C.de ſententijs, quæ pro eo quod intereſt notabili.1.numero 40.Azeuedus, vbi ſupra numero 7.idque expreſſe ſentire videtur dominus meus, hic, licet pro contraria ſententia tanquam à veritate deuiũ male eum allegat Matiençus in l.1. titulo 7.libro 5.recopilationis, gloſſ.7. numero fin.& vide Azeuedum in rub.tract.7. lib. 5.recop.nume.8.

* Ad numerũ 65.ibi.) Vndecimo quæro, &c. Quęſtio eſt celebris, de patruo & nepote quam poſt Emanuelem Coſtam qui iuſto volumine eam proſequitur declarat eleganter Othomanus omnino legendus lib.ſingul. quæſtionum quæſtione tertia.

* Ad numerum 3.ibi.) Contraria opinio eſt verior & tenenda, &c. Quam præter antiquos innumeris primioribus innumeris doctorum autoritatibus & rationibus probat Tiraquellus, de iure primogeniorum, quæſt.4. Thomas Grammaticus deciſione 7.Couarr.lib.pract. quæſt.cap. vltimo, numero 6.Menchaca lib.3.de ſucceſſ.creatione.§.27.num.18.licet contrariam pluribus roboratam authoritatibus aſſerat Emanuel Coſta, quem refert Matiençus in l.5.tit.6.lib.5.gloſ.1.numero 1. & gloſſ.5.Molina, de Hiſp.primogen.lib. 3.capit.6.à numero 2.& licet hæc quæſt. controuerſia iure ciuili ſit, vt conſtat ex ſupra relatis iure tamen regio obtinuit nepotem patruo eſſe præferendum, ex l. 2.tit.15.part.2. & denique ſi hac noſtra l. Tauri, qua etiam attenta nepos patruo præferatur etiam ſi maioratus à teſtatore deferatur, primogenijſque & maioribus natu, quia adhuc nepos locum patris primogeniti, obtinet & patruo quanuis natu maiori, & teſtatori, ſeu poſſeſſori, proximiori præfertur, vt probat Couar.in c. vltimo, practicarum quæſtiouum numero 7.in fin.idem eſſe aſſerens iuxta ius commune ex ſententia Pauli Caſtrenſis conſi. 164.lib.2.& Cyni conſil.252.libr.2. cum traditis à Tiraquello de primogenijs quęſtione 40.nume. 102.& ſequentibus quorum ſententiam veram eſſe aſſerit quanuis contrarium reſponderit Alciatus inter Grati reſponſa conſ.8.& lib.Parergõ. cap.15.

* Ad num.65.ibi.) Tamen hodie, vt nulla ſit dubitatio, &c. Idem expreſſe dicitur in quolibet maioratu per noſtram l.Tauri, & iam iſte caſus & propria quæſtio contigit in hoc regno in maioratu antiquo condito ante noſtram legem Tauri, & plures doct.huius Salmanticenſis vniuerſitatis tenuerunt pro 1.parte, & opinione





ego autem dixi & conſului pro 2. quam hic dominus meus tenet, quod nouiſsime & ſingulariter extendo modo talis maioratus fuerit inſtitutus & fundatus ab aliquo aſcendenti, modo ab aliquo collaterali & tranſuerſali, vt dixit & fundauit dominus meus in l.8. ſupra eodem numero 10.

* Ad numer.65.ibi.) Ex quibus infero quod idem erit hodie, &c. Idem tenet Molina lib.3.de primogenijs cap.5. numero 42.& cap.7.numero 19.Matiençus, in l.5. titulo 7.libro 5.recop.gloſſ.5. numero 8. & bene cum ad inſtar primogeniorum Hiſpaniæ bona anniuerſario ſubiecta regulētur qua etiam ratione ſumptus, & expenſas in his bonis factus, ſicut in maioratibus non tenebuntur ſucceſſores eas ſoluere, ſeu reſtituere hæredibus prædeceſſoris, prout in l.46. Taur.infra diſponitur vbi additionem poſitam poteris videre ad huius articuli plenam cognitionem in numero 3.in princ.ibi:& idem eſt in hærede.

* Ad numer.65.ibi.) Aniuerſarij quæ in iſto regno ſolent relinqui, &c. Vide Peraltam in rub.de hæredibus inſtituen. numero 123. Meneſium in rub.C. de fideicommiſſ.numero 8.Molinã lib.1.c.7.numero 10.& lib.3.cap.10.num.42. vbi dicit tempus mortis vltimi poſſeſſoris conſiderandum eſſe.

* Ad num. 66.ibi.) Et breuiter & reſolutiue dico, quod non poterit ſuccedere in regno, &c. Idem tenet Molina libr.1.c. 13.numero 80.qui late quæſtionem hanc diſcutit, à numero 71.Gregorius Lopez in l.2.titulo 15.par.2.verbo, ſiendo home para ello, quod tamen limita quando monachus fuerit profeſſus, quia ante profeſſionem retinet dignitatem, & iuriſdictionem, argum.cap.ſi beneficio de regularibus in ſexto, & docet Albericus, in Auth. ingreſsi column.penul.C.de ſacroſ.eccle. dignitas autem eſt habere iuriſdictionem cum adminiſtratione. Secundum Archidiaconum, in cap.1.de conſuetudine libr. 6.Tiraquellum de nobilitate capit.28.numero 2.& hanc limitationem tradit Matiençus, in l.1.titulo 7.lib.5.gloſſ.1.nume. 17.Mieres in tractat.maiorat.2.p.quæſt. 3.ex numero 6. latiſsimeque hanc quæſtionem diſputat hic Velazquez, gl.4. nu. 10.& ſequentibus.

* Ad nume. 66.ibi.) Si vero maioratus vel melioratio non conſiſtit in iuriſdictione, vel regimine bene poterit talis monachus, &c. Imo neque indiſtinctè monachum ordinem capacem ingreſſum admitti poſſe ad maiotatum, tradit Molina de primogenijs lib.1.cap.13.numero 68. & vide Gregorium in l.2.tit.15.2.par.verbo, ſiendo home para ello, Matiençum alios referens, in l.1.titulo 7.gloſſ.1.lib.5. num. 18.licet contrarium voluerit Mieres in tractat.maioratus.2.part. quæſt. 3. numer.8.falſo aſſerens dominum meum docuiſſe monachum in maioratu ſuccedere poſſe, vel eius nomine monaſterium etiam ſi ſit fratrum minorum cum ipſe de monacho, nec monaſterio fratrum minorum nullum dixerit verbum.

* Ad numerum 66.ibi.) Et breuiter dicendum eſt quod ſic, &c. Prout dicit Gregor.in l.2.titulo 15.par.2.in verbo, ſiendo home para ello, colum.2.ad med.Molina lib.10.cap.13.numero 97.late Tiraquellus de primogenitura quæſt.44. nu. 6.& ſequentibus, plures concordantes referens, & nouiſsime Matiençus in dict.l. 1.tit.7.lib.5.gloſſ.1.numer.19. Acoſta de maioratu bonorum.Reg.coron.num.33. Velazquez hic, gloſſ.4.numero 49.

* Ad numerum 66.ibi.) Martinus de Laude, in tractat.de primogenitura, 30. quæſ.&c. Quod intelligo modo talis maioratus conſiſtat in iuriſdictione & gubernatione ſeculari, modo non: neque obſtat ſi dicas, quod clericus vel monachus non poteſt exercere iuriſdictionem criminalem laicorum, vt in capi.in archiepiſcopatu de raptoribus, & in capit. ſententiam ſanguinis.ne clerici vel monachi. & in cap.clericus, & cap.fin.eodem titul. &

in 6.cûm ſimilibus & vtrobique gloſſ.ordinaria & communiter doctores, quia reſpondeo quod non exerceat per ſe ſed generice vel ſpecifice committit cauſas criminales laico iure canonici & Pontificij poteſtate quod in hoc indubitãter poteſt diſpenſare ſecundum eoſdem & ſi à delegato appelletur iterum poterit cauſam cõmittere & delegare, nec iterum obſtat ſi replices, non poſſe eſſe maiorem effectum in producto quam in producente quia reſpondeo quod non habet vim, poteſtatẽ, vel effectum ab eo, ſed ab ipſo Papa & iuris diſpoſitione, ita ſingulariter Baldus in l.1.ff.de officio proconſulis.

* Ad numerum 68.ibi.) Secunda principalis opinio eſt quod formoſior ex eis admittatur & præferatur in ſucceſsione, &c, Vide quæ latè cumulat Tiraquellus de primog.quæſt.7.opin.8.

* Ad numerum 69.ibi.) In quo articulo reſolutiue dico, quod ſi talis primogenitus habet illud vitium perpetuum à ſua natiuitate, &c. Hãc etiam reſolutionem ſcribit Tiraquellus de iure primogenit.q.23. in princip.& quæſt.21.num.11.Mencha. de ſucceſſ.creatione.§.21.num.148. Corneus.conſ.42.lib.4.Molineus.in conſuet. Pariſiẽſibus.tit.1.§.8.gloſſ.1.pro qua ſententia eſt tex.expreſſus in l.3.ad med.verb. todas eſtas coſas, tit.15.par.3.Greg.in l.2. tit.15.partit.2.verbo, ſeyendo home para ello, Molina lib.1.cap.13.numer.15.Matiençus quam plures alios cumulans in l.1.tit.7.gloſſ.1.num.14.lib.5.recopil. de muto, & ſurdo, vide Molinam lib.1.cap. 13.numero 46.vſque ad 65. de cœco.nu. 66.& 67.vbi latè de iſtorum ſucceſsione in maioratu agit.

* Ad numerum 69. ibi.) Quod tamen notabiliter limita & intellige, &c. Hanc limitationem probat Tiraquellus alios referens de primogenitura quæſt.23. numer. 5.Menchaca de ſucceſsion.creatione.§.2. numer. 148. Molina libro 1. capite. 13. numero 22.Matiençus in l.1.titul.7.lib.5. gloſſ.1.num.15.

* Ad num.70. ibi.) Quia tunc eius voluntas requiritur cum perſeuerantia vſq; ad mortem, &c. Cuius ratio eſt quia tali caſu in effectu videtur factum, & celebratum pactum de futura ſucceſſ. certo modo diuidenda cũ tendat in fauorem alterius filij, poſt eum vocat ad maioratũ nec differt quod tale pactum fiat ſoli patri & poſſeſſori, vel fiat patri & filio ſucceſſori, quia vtroque caſu cenſetur pactum de futura ſucceſsione certo modo diuidenda cũ ſibi, ceditur & donatur maior pars & ſucceſsio bonorum & vide latius in l.22. ſupra his legibus num.30.

* Ad numerum 71.ibi.) Niſi ex magna cauſa per quam poſſet eum exhæredare, &c. commiſſa contra ipſum fundatorem maioratus vt tradit Pedilla in li. vnum ex familia.§.ſi de falcidia num. 19. de leg.2. facit.l.1.in fin.tit.6.libr.5.recopilationis, & quæ ibi tradit Matiençus in gloſſ. vltima & Molina libro 1.cap.6. nnmero 31. cum ſequent.qui latè num.6. proſequitur quibus caſibus ex ingratitudine cõtra fundatorem commiſſa poſsit excludi ſucceſſor maioratus à ſucceſſore & Matiençus in l.4.titul.7.lib.5.recopil.gloſſ.finali.

* Ad numerum 71.ibi.) Quia tunc non poteſt eum tali iure priuare argum.eorũ quæ dicam prima iſta l.&c. Idem & Acoſta de ſucceſsione regni ex num. 16. vſq; ad 28.Molina num.1.cap.8.numer.20.& lib.3.cap.6.num.15.Mieres 1.tract.maioratus.4.parte quæſt.1.num.46.cum pluribus alijs, quos refert & ſequitur Velazquez hic, gloſſ.1.num.74.

* Ad nũ 72.ibi) Decimo octauo principaliter quæro an ſucceſſor in regno vel maioratu teneatur ſoluere pebita prædeceſſoris, &c. Vide de hac q.Molin.lib.1.c. 10.per totum Ioannẽ Garciam, de fructibus & expenſis, cap.16.nu.10.per totum, Velazquez de Auendaño plures referens in l.46.Tauri gloſſ.9.numero 2.& ſequentibus Capitium deciſione 192.per totam. Gregor.in l.4.verbo, ſus deudas, titul.15. part.2.

* Ad



* Ad numerum 72.ibi.) Quia ſuccedit iure hæreditario, prout tenet Oldraldus conſi.94.col.1.cuius authoritate id etiam tenet Afflictis, in conſtitutionibus Regni Siciliæ lib.3.rub.24.num.75.Suarez Allegatione 10.Simancas in catholicis inſtitutionibus cap.9.num.262.Molineus in cõſuetudinibus Pariſienſibus tit.288.glo. 3. num.9.Tiraquellus quæſt.23.de primogenijs.num.5.& quæſt.35.per totum Cifuentes hic. quæſt. 16. Aluarus Valaſcus de iure emphyteutico, quæſt.50.nume.2. & 12.Acoſta de ſucceſsione regni nume. 2.Ioannes Garcia de fructibus & expenſis cap.16.nu.17.vſque ad 32. Velazquez hic, gloſſ.1.nu.23.

* Ad numerum 72.ibi.) Sed his non obſtantibus contrarium videtur de iure verius, &c. Hancque ſententiam defendit Molineus in conſuetudinibus Pariſi. titu. 1.§.11.num.4.Padilla in l.vnum ex familia.§.ſi de falcidia de legat.2.num.7. Gregor.in l.4.titu.15.part.2.verbo ſus deudas Burgos de Paz in procemio legum Tauri num.101.Acoſta de ſucceſſ.regni nu. 11. Molina lib.1.c.10. per totum Velazquez de Auendaño hic, gloſſ.1.num.71.nouam rationem huius ſententiæ reddẽs Mieres in tractat.maioratus quæſt.26.per totam Matiençus in l.6.tit.7.lib.5, gloſſ.3.nume. 16.& ſequentibus, vbi latiſsimè tractat hunc articulum plures allegans qui num. 19.ſeptem caſibus in quibus ex iuris neceſsitate debita prædeceſſoris ſucceſſor maioratus ſoluere tenetur.

* Ad numerum 72.ibi.) In l.ab eo C.de fidei.&c. Si vero maioratus eſt conſtitutus à proximo prædeceſſore non potuit conſtitui niſi prius debitis ſolutis quia nõ dicuntur bona niſi deducto ære alieno, vt in l.ſubſignatum.§.bona. ff. de verborum ſignificatione.& in l.veniſſe eodem titul.& in l.cum emancipatum.§.illud. ff. de collat.bonorum, & in l.mulier.ff.de iure dotium cum ſimilibus.

* Ad numer.72.ibi.) Quod ſi debitum eſt contractum in vtilitatem ipſius maioratus, &c. Vide Molinam de primogenijs lib.1.cap.10.num.18.Ioannem Garciam, de fruct.& expenſis cap.16.num.12. Matiençum in l.7.tit.7.lib.5.recop.gloſſ.3.n. 8.Pinelum in l.1.par.2.num.71.C.de bonis maternis, Velazquez in l.46. Tauri gl. 9.à num.12.

* Ad numerum 72. ibi.) Cum in eius vtilitatem ſit verſum, &c. Quod etiam intelligo, quando talis vtilitas non ſit momentanea & breuis ſed perpetua & imperpetuum duratura, qua ratione merito ex ipſis rebus & bonis maioratus fit ſolutio eum virtualiter & efectiuè remaneat vtilitas.

* Ad num. 72.ibi.) Sed eam intelligo iſto modo, &c. Hanc interpretationem ſequitur etiam Molina lib.1.cap.10.num. 30.Greg.Lopez in d.l.9.tit.15.2.par.glo. 1.Antonius Padilla in l. vnum ex familia §.ſi de falcidia nu.7.& ſequentibus de leg. 2.Matiençus in l.6.tit.7.libr.5.gloſſ.3.nu. 19.in fin.licet Coſta in quæſtione de patruo & nepote nume.40.generaliter legẽ prædictam partitæ intelligens, vt neceſſario rex teneatur debita prædeceſſoris omni caſu ſoluere.

* Ad numer.72. ibi.) Nec etiam prædictis obſtat l.notabilis 46.infra his ll.Tauri, &c. Quę diſponit quod ſi poſſeſſor maioratus ædificauit Caſtrum, vel fortalitiũ vel illud reparauit pertineat ſucceſſori maioratus nec tenetur æſtimationem vel expenſas ſoluere, nec in tali cõmodo vel lucro vxor prædicti ſucceſſoris habet partem lucrorum, quia intelligo illam procedere tantum in ædificio alicuius caſtri vel fortalitij & ſumptibus & expenſis eius non alijs rebus: ratio vera & fundamentalis eſſe poteſt, quia talia ædificia non reſpiciunt, vtilitatem commodum vel intereſſe pecuniarum, ſed magis ſunt voluntarij & ex affectione procedentes.

* Ad numer.72.ibi.) Non tenetur ſucceſſor ille ſoluere, &c. Idem tenet Peralta in l.3.§.qui fideicommiſſam numer.124. de hæred.inſtit.id eum ſimul cum domi-

no

no meo referens dicenſque ſic pluries practicatum ac intellectum fuiſſe, tenet Molina lib. 1. cap. 10. nume. 11. Mieres in tractat. maioratuum 1. par. quæſt. 24. nu. 34. & 35. licet contrarium tenuerit Angulus in tractat. de melioratio. in l. 5. gloſſ. 4. numer. 2. cui late ſatisfacit Velazquez de Auendaño in l. vigeſima prima Tauri numero 15. & 16. domini mei ſententiã defendens.

* Ad numer. 73. ibi.) Poteſt ille tertius pro ſuo iure comparere & probationes adducere l. principaliter. C. de liber. cauſa, &c. Melior. tex. in l. ſi ſuſpecta. ff. de inof. teſtamento. & vide Couarru. in practic. quæſtionibus. quæſt. 28.

* Ad nume. 74. ibi) Si poſſeſſor maioratus deceſsit fruct. pẽdentibus, &c. De hac quæſtione videndus eſt Mieres in tractat. Maioratus. 4. p. quæſt. 24. per totam. Molineus in conſuetud. Pariſ. 1. par. §. 1. gloſſ. 8. num. 10. fol. 42. Couarru. lib. 1. variarũ cap. 15. nu. 14. Molina lib. 3. cap. 11. quaſi per totum.

* Ad numerũ. 74. ibi.) Sed his non obſtantibus ego teneo contrariam ſententiã &c. Contrarium videtur tenere Couarr. lib. 1. variarum. cap. 15. num. 14. & Burg. de Paz in prooemio legum Tauri num. 74. verbo. præterea Auendaño reſponſo 5. num. 4. fol. 12. Molina de primogenijs. lib. 3. c. 11. n. 11. & vide omnino Ioannem Garciam, qui cum domino meo hanc partem defendit de expenſis & meliorat. c. 16. num. 6.

* Ad numer. 74. ibi.) Quia ille tex. non habet in ſe rationẽ, &c. Vel aliter ad illũ tex. poteſt reſponderi ideo ibi, ſi decedat ante martium pertinere ad dominum fructus ſi vero poſt martium ad hæredes vaſſalli, quia fructus eo tempore ſcilicet poſt martium, iam colliguntur, ſeu collecti eſſe intelliguntur cum eo tempore generaliter fructus percipiantur.

* Ad numerum 75. ibi.) Teneatur prædictos filios fratreſque ſuos minores alere per ſequentia, &c. Sequitur Lara de alimentis in l. ſi quis à liberis. §. ſi mater de liberis agnoſcend. num. 44. & 30.

* Ad nu 45. ibi.) Mater teneatur prædictos filios minores egentes alere, &c. Quod etiam ſequitur Molina de primogenijs. lib. 2. cap. 15. num. 68. Matienςus in l. 7. tit. 7. lib. 5. recop. gloſſ. 2. num. 3. & facit pro hac ſententia tex. in l. 4. tit. 19. par. 4. vbi onus colendi liberos patre inope exiſtente vel alias deficiente ad matrẽ ad que auos maternos ſeu paternos trãsfunditur: nec in ea lege de fratre vlla fit mentio. Ideoque ex ea probabiliter dici poteſt nedum matre diuite exiſtente, ſed etiam ea deficiente fratrem maioratus poſſeſſorem non teneri alere fratrem, aut ſororem inopem ſi aui vel proaui paterni diuites ſuperſint, qui eos alere poſsint. Solum namque in eorum ſubſidium frater diues fratres atque ſorores alere tenetur: ſic ille text. eſt intelligendus, & in l. cum plures. §. fin. ff. de adminiſtratione tutorum. l. tutor ſecundum dignitatem. ff. eodem. l. cui filius cũ ſimilibus. ff. vbi pupillus educari debeat. Vtrum autem mater poſsit repetere à maioratu alimenta præſtita cæteris filijs, tradit poſt Alex. in l. alimenta. n. 11. C. de neg. geſtis Paulus & alij ibidem, Decius, & Alexãder, in authen. præterea. colu. vlt. C. de donat. inter vir. & vxorem Socinus, conſilio. 3. lib. 4. Greg. Lopez in l. 36. tit. 12. partit. 2. & remiſsiue Mieres in tract. maioratus. quæſt. 28. in 5. par. num. 10. & quæſt. 2. num. 60. ad numer. 75. ibi, quia ille nũquam tenetur, niſi in ſubſidia, &c. probat l. 4. titu. 19. part. 4. vbi Gregorius gloſſ. otros ſi es tenudo cada vno, &c

* Ad numerum 76. ibi.) Sed his non obſtantibus ego teneo contratiam ſententiam, &c. Idẽ probat Pinelus in l. 1. 2. par. num. 5. C. de bonis maternis. Gregor. Lopez in l. 7. verbo, y el ſeñorio, in fin. tit. 4. par. 5, Menchaca de ſucceſſ. creatione. §. 10. num. 87. in fi. Palacios Rubeus in l. 46. Tauri. num. 2. Padilla in l. in prouinciali. C. de ſeruit. & aqua. numero 14. Molina libro 1. de primogenijs. capite 7. numero

8.&



8. & capit. 19. numero 4. cum ſequentib. Matienςus in l. 6. titul. 7. libr. 5. gloſſ. 3. numero 13.

* Ad numerum 77. ibi.) Teneo contrariam ſententiam, &c. Valet enim argum. de feudo ad maioratum, vt cum domino meo tenet Couarr. lib. 3. variar. c. 5. nu. 5. Padilla in l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia numero 7. in fin. de legat. 2. Gregor. in l. 4. titu. 1. pa. 6. verbo, que la non pideiſſe, col. 6. Molina lib. 1. de primogenijs cap. 7. numero 2. cum ſequentibus. Matienςus in l. 6. tit. 7. lib. 5. gloſſ. 3. à numer. 26. & ſequentibus, licet Burgos de Paz, in prooemio legum Tauri, numero 72. & ſequentibus pluribus probet argumentũ de feudo ad maioratum non procedere ex ſententia Pauli, conſil. 164. libr. 2. col. penult. verbo, nec obſtat Ioannes Cirier, in tract. primogeniture, lib. 5. quæſt. 4. col. vltim. Tiraquellus eodem tract. quæſt. 23. num. 13. Palacios Rubeus, in repetitione rubricæ de donat. inter vir. §. 69. numer. 24. & 30. & Ioannes Igneus in quæſtio. an Rex Franciæ Imperatorem recognoſcat numer. 97. quibus videtur aſſentiri Couarr. libr. 1. reſolut. cap. 15. numer. 14. quorum fundamentis, late ſatisfacit Matienςus vbi ſupra, & in quibus differant feudus & maioratus tradit Couarru. libr. 1. variar. cap. 11. numero 14. Burgos de Paz in prooemio legum Tauri numer. 602. cum pluribus ſequentibus, & in quo defferat à fideicommiſſo tradit Molina libr. 1. capit. 1. & Burgos de Paz in dict. prooemio numer. 929. quos refert Azeuedus in rub. titul. 7. lib. 5. recop. num. 12.

* Ad numer. 78. ibi.) Ergo ex ſuperioribus bene infertur quod poſſeſſor maioratus, &c. Verius videtur poſſeſſorem maioratus non teneri ſucceſſori huiuſmodi cautionem præſtare ſiue maioratus ſit cõſtitutus per contractum inter viuos, ſiue in vltima voluntate, niſi probetur poſſeſſorẽ bona maioratus diſſipare eiſque male vti: tunc enim compellendus eſſet ad huiuſmodi cautionem, argument. text. in l. 11. vbi Imperator. ff. ad Trebellianum l. fin. §. penult. C. de ſententiam paſsis, ſed ſi non diſſipet, non videtur compellendus cauere ſeu ſatiſdare, eſſet enim id maximũ onus & grauamẽ quia forte nõ inueniret fideiiuſſorem idoneũ ſatiſque videtur conſultum ſucceſſori ex l. 45. infra eodem per quam ſtatim mortuo poſſeſſore transfertur in ipſum poſſeſſorem maioratus. Nec obſtant iura hic allegata: loquuntur enim in fideicommiſsis temporalibus non in perpetuis in quibus oneroſa videretur talis cautio.

* Ad numerum 79. ibi.) Sed his non obſtantibus, ego teneo contrariam ſententiam, &c. Quam tanquam veriorem ſequuti fuerunt Rodericus Suarez, qui contrariæ opinionis author fuerat allegatione 3. qui etiam in allegatione 4. inquit cõtra primam opinionem fuiſſe iudicatum in Pinciano conuentu; Pinellus in l. 1. C. de bonis mater. 3. par. num. 78. qui in cauſa arduiſsima, ita fuiſſe pronunciatum per viros grauiſsimos, aſſerit Menchaca de ſucceſſ. creatione §. 6. num. 46. Padilla in l. 1. C. de fideicommiſsis, numero 31. licet contrariam ſentẽtiam tenuerit idem Rodericus Suarez, in dict. allegatione 4. Couarru. dict. cap. 18. lib. 1. var. num. 8. Gregor. in l. 1. titulo 2. par. 3. gloſ. 2. Simancas lib. 1. cap. 28. Mieres in tractat. maioratus 2. part. in initio num. 69. vſque ad fin. quorum fundamentis ſatisfacit latiſsime Molina domini mei ſententiam defendens libr. 3. de primogenijs cap. 14. per totum idemque videtur ſentire Gregor. in l. 10. titulo 26. par. 9. in gloſſ. verbo, no le empece tiempo folio 71. col. 1. verſi. ſit ſecundus caſus, licet coutrarium concludere videatur, in d. l. 1.

* Ad nume. 81. ibi.) Quod non poſſunt alienari, &c. Idem tenet Mieres in tractat. maioratus quæſt. 1. 4. par. num. 7. vbi numeris ſequentibus, per totamque quæſtionem limitationes huius regulæ tradit Molina de primogenijs libro 1. capit. 21. numero 14.

* Ad

* Ad numer. 81. ibi.) Videtur etiã prohibitus omnis alius actus vel contractus, &c. Vide Gregorium in l. 43. tit. 5. p. 5. Pinellum in l. 2. C. de reſcindenda vẽdit. 2. p. cap. 1. num. 11. Sarmientum lib. 3. capit. 2. num. 14. Molineum in cõſuetud. Pariſiẽ. §. 55. ſecundæ partis gloſſ. 1. num. 3.

* Ad numerum 82. ibi.) Ego teneo contrariam ſententiam, &c. Cum regia tamẽ facultate bene poterunt permutari vt tenet Molina lib. 1. cap. 6. num. 26. & cap. 4. num. 1. cum ſequentib.

* Ad numerũ. 83. ibi.) Per iura & fundamenta ſuperius adducta, &c. Et confirmatur ſi inuincibili ratione, quia data contumacia in eo ipſo poſſeſſore maioratus, & ſic debitore non ſoluente, neceſſario eſſet deueniendum ad venditionem rerũ, quæ fuerunt in pignus, vel hypothecã datæ pro modico vel magno debito arg. tex. in l. 1. & per totum. ff. & C. de diſtractione pignorũ & in l. ſi cõuenerit, la primera, ff. de pignorat. act. & in lege 41. cum duabus ſequentibus tit. 13. par. 5. cum ſimilibus, & vtrobique communiter doctores.

* Ad num. 84. ibi.) Poſsint locari vide Molinam lib. 3. capit. 21. per totum vbi latiſsimè id tractat, pluresque allegat hanc quæſtionem tractantes Mieres in tractat. maioratus. 4. par. quæſt. 25. Pinellus in l. 1. C. de bonis maternis. 3. par. num. 65. & 71. Gregor. Lopez in l. 19. tit. 8. par. 5. verbo, en vida, & in l. vltima, verb. la vencida, eodem tit. in verb. quid autem. in locatione, & faciunt quæ ſcribit Alex. conſi. vltimo lib. 3. & conſi. 165. lib. 2. & conſi. 119. lib. 3. & conſi. 117. lib. 5. Iaſ. in l. vlt. num. 112. C. de iure emphyteutico & conſi. 29. nu. 3. lib. 1.

* Ad numer. 84. ibi.) Ad modicum tẽpus non vero ad longum ſeu longiſsimũ, &c. Idem tenet Molina, in dict. lib. 1. cap. 21. num. 1.

* Ad numer. 84. ibi.) Et breuiter & reſolutiuè dico quod non tenetur ſtare contractui, &c. Prout dicit Greg. in l. 2. tit. 18. part. 5. verbo, el heredero, Pinelus in l. 1. de bonis maternis. 3. par. num. 71. Padilla in l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia num. 12. ff. de leg. 2. veramque & communem reſolutionem & à qua neminem vnquam diſceſsiſſe teſtatur Molin. lib. 1. capite 21. numero 2. Menchaca libro 3. controuerſ. illuſtr. cap. 53. num. 6. fol. 38. pro qua etiã ſententia facit textus in l. ſi domina. C. de vſufructu. vbi locatio per vſufructuarium facta finitur morte vſufructuarij, & dominus proprietatis eam ſeruare non tenetur concordatque de iure regio l. 3. tit. 8. par. 5. vbi d. l. ſi domina declarat. hãc etiã ſententiam ſequitur Mieres in tract. maioratuum. 4. par. quæſt. 3. numer. 2. cum ſequent. vtrum autem mulier ſtare teneatur locationi per maritum factæ eo mortuo tradit Couarr. lib. 2. var. capite 55. nu. 5. vbi etiam quæſtionem de prælato tractat quando locationi prædeceſſor ſtare teneatur, & videas omnino Mieres, vbi ſupra plures alias quæſtiones tractantem in propoſito.

* Ad numerum 84. ibi. ſi non eſt ſucceſſor eius vniuerſalis, &c. Idẽ tenet Pelaez de Mieres in tract. maioratuum. 4. par. §. 25. num. 5. fol. 503. Padilla in l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia num. 12. ff. de leg. 2. folio 293.

* Ad numerum 45. ibi.) Poſsit imponi & conſtitui ſeruitus, &c. Vide Molinam de primogenijs lib. 1. cap. 20. per totum, vbi latiſsime id tradit plures alios allegãs hanc quæſtionem tractantes.

* Ad numerum 85. ibi.) Nullo modo poſsit conſtituere ſeruitutem, &c. Cõtrarium defendit Pinellus aſſerens maioratus poſſeſſorem per vitæ ſuæ tempus poſſe in rebus maioratus ſeruitutem conſtituere in l. 1. C. de bonis maternis 3. par. num. 71. ad fin. Antonius de Padilla in l. 3. C. de ſeruitutibus, numero 13. quorum ſententiam intelligendam eſſe affirmat Molina, cum bona maioratus alienari expreſſe non ſint prohibita: quo caſu bene poteſt per vitæ tempus ſeruitus in his cõſtituere prout Pinellus & Padilla defendunt



caeterum ſi bona maioratus alienari expreſſe prohibeantur neque tempus vitæ ſuæ poſſeſſor in his ſeruitutem poterit cõſtituere vt dominus meus docet, quod tantum intelligi poteſt de vera ſeruitutis conſtitutione non vero de vtendi permiſsione ut perſonali obligatione quæ tantum perſonam aſtringit cum ad vitã poſſeſſoris conceditur, quia cum hoc ab ipſo ſeruitutis iure ſit diuerſum nec ipſam rem nec ſolam concedentis ſequatur perſonam iuxta l. final §. Lucius. vbi Bart. & Salicet. ff. de contrahend. empt. l. pater filiæ. ff. de ſeruit. leg. Iaſ. in l. 2. §. Item ſi in facto num. 7. de verb. Boerius deciſione 66. num. 4. optime per tempus vitæ ſuæ concedere poteſt maioratus poſſeſſor in bonis maioratus etiam expreſſe alienari prohibitis, quo etiam caſu poteſt Pinelli Padillæque opinio ſuſtineri vt tradit latius Molina de primogenijs lib. 1. cap. 20. nu. 4. nu. 8. cum ſequentibus alios allegãs.

* Ad numer. 87. ibi.) Sed procedit à fortiori, &c. Adde generali Hiſpaniæ cõnſuetudine in poſſeſſoribus maioratuum abrogatam eſſe deciſionem d. authen. res quæ. vt docet Couar. lib. 3. variarum. capite 3. in fine, quam conſuetudinem Iuri eſſe conſonam oſtendit eleganter Pinelus in lege 1. C. de bonis maternis 3. parte num. 102.

* Ad numerum 89. ibi.) Ego teneo cõtrariam ſententiam, &c. Quæ fulcitur ex his quæ notat Paulus Caſtrenſis conſil. 164. num. 16. lib. 2. vbi reſoluit Principẽ non poſſe reuocare donationem à ſe factã alicui iure primogenituræ in præiudiciũ illorum quibus ex ipſa donatione ius acquiſitum fuit, cuius dictum ſequitur Decius conſ. 498. numero. 28. idem cõſ. 418. num. 19. Socinus Iunior conſ. 108. n. 3. lib. 2. Burgos de Paz in prooemio legum Tauri. n. 331. hancque domini mei ſententiam tenet Couarr. lib. 3. reſolut. c. 6. Simãcas in catholicis inſtitut. tit 9. n. 269. Mẽchac. de ſucceſ. creat. lib. 1. §. 1. n. 32. Sarmient. lib. 1. Select. c. 8. n. 13. Molina lib. 4. c. 3. n. 15. qui à num. 8. hancque diſputat late Mieres in tract. maioratus. 4. par. quæſt. 1. num. 10. plures rationes in huius ſentẽtiæ confirmationem adducens.

* Ad numerum 89. ibi.) Niſi ex cauſa & tum debet eis ſatisfieri, &c. qua etiam interueniente poterit facultatem concedere vendendi bona aliqua maioratus quod quemadmodum poſsit tradit optime Greg. in l. 6. tit. 11. verb. quæ la non pudieſſe vender, par. 6. & 8. colum. Couar. lib. 3. variarum. capit. 6. Burgos de Paz in prooemio legum Tauri numero 320. & ſequentib. & numer. 325. & 350. Molina lib. 4. de primogenijs. capit. 3. per totum Matienςus in l. 2. tit. 7. lib. 5. gl. 3. nu. 2.

* Ad numerum 90. ibi.) Non poſſunt præſcribi, &c. Quia prohibita alienatione abſolutè abſque aliqua modificatione cẽſetur prohibita vſucapio vel longi tẽporis præſcriptio quę alienatio legalis eſt & alienationis verbo continetur l. alienationis ff. de verb. ſignif. quã in id omnes doc. citant & in ſpecie hanc ſententiam tenet Matienςus in l. 8. tit. 7. lib. 5. gloſ. 5. n. 11. Pinellus in auth. niſi tricennale. num. 30. C. de bonis mater. dicens ab omnibus illum. tex. allegari: ſed ipſe id probare illum textum, & aliter eum intelligit & videas omnino de huius articuli reſolutione Alciatum reſponſo. 594. num. 14. & reſpõſ. 97. n. 36. & Mieres in tract. maioratus 4. parte quæſt. 21. per totã.

* Ad nu. 90. ibi.) Præterquam ſi præſcriptio fiat videntibus, &c. Hæc limitatio nõ poteſt procedere in maioratu perpetuo nam cum in eo non poſsit dici conſentire omnes de familia vnquam in alienatione ſeu vſucapione vel omnes quorum intereſt: quia vltra viuentes ad futuros maioratus extenditur quod multi graues viri non aduertunt, vt recte per Pinelum, in auth. niſi tricẽnale. n. 54. C. de bonis mat. tradit Matienςus in l. 8. tit. 7. lib. 5. glo. 5. n. 34. in maioratu autẽ qui intra certas perſonas terminatur tantum procedet vt per eoſdem, vbi ſupra.

* Ad numerum 90. ibi.) Antea vero nõ cum poſsit agere, &c. Itaque communis reſolutio eſt, vt pręſcriptio bonorum maioratus etiam longiſsimi temporis nõ noceat ſucceſſori, & in ſpecie hoc aſſerit pręter allegatos à domino meo, Marianus, Socinus Iunior conſil. 126. num. 27. Pariſius, conſil. 23. num. 199. lib. 1. & in c. cum non liceat nu. 18. in fin. de præſcript. Gregorius in l. 11. titul. 26. part. 4. gloſſ. magna column. vltim. verſicul. ſit quartus caſus Menchaca libr. 1. de ſucceſſ. creatione. §. 26. nu. 31. cum pluribus alijs relatis à Matienço in l. 8. tit. 7. lib. 5. comp. gl. 5. nu. 25.

* Ad numerum 90. ibi.) Sed certe ego teneo contrarium, &c. Prout tenet Greg. in l. 10. tit. 26. p. 4. gl. magna 6. col. verſ. ſimiliter. Nec obſtat Mench. de ſucc. creat. §. 26. nume. 126. & ſequentibus. Contrariam tamen ſententiam tenet Pinel. in authen. niſi Tricennale, numero 23. C. de bonis maternis, eſſeque receptiorem ſentẽtiam teſtatur Menc. vbi ſupra. n. 128. Molina de primog. lib. 4. c. 10. n. 2. hãcque opinionẽ latiſsime proſequitur Matien. in l. 8. tit. 7. lib. 5. gl. 1. n. 23. vſque ad 33.

* Ad nu. 90. ibi.) Ego teneo contrariam ſentẽtiam, &c. Eandẽ tenet Suarez, allegatione 3. Greg. in l. 10. tit. 26. gl. magna verſic. ſit tertius caſus. p. 4. Mol. d. l. 4. & 10. n. 1. & lib. 10. & 4. n. 22. qui late eã defendit.

* Ad nu. 90. ibi.) Quia tunc nõ poſſunt ab eo auocari, &c. Idẽ etiam tenet Greg. in l. 10. tit. 26. par. 4. gl. magna in fin. Menchac. de ſucceſſ. creat. §. 26. nu. 125. Molin. lib. 4. c. 12. nu. 10. Matien. in d. l. 8. tit. 7. lib. 5. gl. 5. nu. 36.

* Ad nu. 91. ibi.) Et reſolutiue dico & teneo quod non, idem tenet Molina alios referens in lib. 4. c. 11. nu. 1. & ſequentibus.

* Ad nu. 91. ibi.) Committat grauiſsimũ crimẽ: quæ autem crimina à maioratu priuent tradit Greg. in l. 2. gl. vlt. tit. 15. p. 2. Iacobus Septimacenſis de inſtit. catholicis. c. 9. nu. 125. & nu. 41. Tellus Fernandez in l. 17. Tauri, num. 18. idem Greg. in l. 6. tit. 11. p. 6. verbo, que la nõ pudieſſe vender, col. 2. in prin. vbi latiſsime & latius Molin. lib. 4. de primog. c. 11. per totũ, maximè à num. 25.

* Ad nu. 91. ibi.) In quo art. magiſtraliter & reſolutiue dico, ꝙ ſi in licentia & facultate regia, &c. Vide Molin. idẽ docentem latiſsime in lib. 4. c. 11. n. 63. & ſequentib.

### *Ad l. 41. quæ hodie eſt l. 1. titul. 7. lib. 5. recop.*

Vide Matiençum, & Azeuedum in d. l. 1. tit. 7. lib. 5. recop. Gutierrez lib. 2. quæſt. q. 73. Molin. lib. 1. de Hiſp. primog. nu. 32. fol. 256. & lib. 1. nu. 2. fol. 281. Ioan. Oroſcium in l. de quibus. ff. de legib. n. 72. & in l. Merum. ff. de iuriſdictione omniũ iudicũ nu. 15. Menchacã de ſucc. crea. lib. 1. §. 4. nu. 18.

* Ad nu. 1. ibi.) Per ipſam originalẽ ſcripturam inſtitutionis maioratus, &c. Idẽ tenet Matiençus in l. 1. tit. 7. lib. 5. recop. gl. 3. in prin. Azeuedus ibidem n. 1. & omnes ſcribentes hic.

* Ad nu. 1. ibi.) Probatur per teſtes qui deponant de eorum tenore, &c. Idem tenet Velazquez hic, gl. 4. n. 1. Matien. in d. l. 1. gl. 5. per totam.

* Ad nu. 2. ibi.) Ita eodem modo in conſtitutione maioratus, &c. Hac de re vide late Afflictis. deciſione 398. per totam Dominicum in capite, duobus nu. 3. de reſcriptis in 6. Decium & Beroium in rubr. de conſtit. Alexand. conſil. 107. volum. 7. per totũ, & latius eximinans Selua de Benefic. 3. part. quæſt. 22. per totam Palacios Rub. hic, num. 3. & Caſtellum, verbo, de la licẽtia, Molinam lib. 2. de Hiſpanorum primogenijs cap. 8. num. 7. & 8. Burgos de Paz, Iuniorem in quæſt. 4. num. 5. Matiençum in l. 1. titulo 7. libr. 5. glo. 2. num. 1. & gloſſa 3. per totam Azeuedum in dicta l. 1. nu. 7. Velazquez de Auendaño, hic glo. 2. nu. 3. & 4.

* Ad nu. 3. ibi.) Et adde quod regulariter de iure cõi prædicta ſcriptura, &c. Lege omnino Valaſcũ in 1. p. de iure emphyteutico. q. 7. n. 38.





* Ad numerum 3. ibi.) Item quod probentur ſubſtantialia, &c. Circa hæc teſtium requiſita videndus eſt Azeuedus in dicta. l. 1. titulo 7. libr. 5. numero. 8. Matiençus ibidem gloſſa 5. per totam Pelaez de Mieres quæſtione 10. nume. 27. & alia requiſita ſcribit Burgos de Paz Iunior quæſtione 4. numero 26. Azeuedus vbi ſupra num. 8.

* Ad numerum. 3. ibi.) Ita demum probatur per teſtes, &c. Idem tenent Matiençus & Azeuedus vbi ſupra, Caſtillus hic verbo, del tenor, Velazquez de Auendaño, hic in princ. Molina libr. 2. cap. 8. numero 7.

* Ad numerum 3. ibi.) Tantum probarent ſemiplene, &c. Hoc idem tenet Matiençus in l. 1. tit. 7. libr. 5. recop. gloſſa 5. ad fin.

* Ad numer. 4. ibi.) Conſuetudo inducatur, & præſcribatur per decem annos, &c. De iſtius conſuetudinis probatione, vide Velazquez hic glo. 6. nu. 1. Azeuedũ in d. l. 1. tit. 7. lib. 5. nu. 24.

* Ad nu. 4. ibi.) Teſtes debent deponere de actibus, &c. Idem tenet Auendañus in dictionario, verbo, coſtumbre, 4. concluſ. verſic. item aliud Azeued. in d. l. 1. tit. 7. lib. 5. nu. 24.

### *Ad l. 42. quæ hodie eſt l. 3. titul. 7. lib. 5. recop.*

Vide Matiençum & Azeuedum in d. l. 3. tit. 7. lib. 5. recop. Gutierr. libr. 2. quæſt. q. 76. Molinam de primogenijs lib. 1. num. 53. fo. 260. & lib. 1. nu. 62. fol. 277. Menchac. de ſucc. creat. libr. 1. §. 4. nu. 14.

* Ad num. 1. ibi.) Debet præcedere vel in ipſomet actu interponi, &c. Eſt gl. in c. e doceri, & ibi Bald. Abb. & Felinus de reſcriptis Innocẽtius, Bald. Anton. & alij in c. cum conſuetudines de conſuetud. Cyn. & Bald. in l. fi. C. ad Macedon. cum concordantibus, traditis à Tiraquello de leg. cõnub. gloſſ. 6. n. 3. & 4. & à Matienço in l. 5. tit. 3. lib. 5. recop. gloſſ. 13. vbi latiſsime tradit per totã illam gloſſam quãdo actus nullus poſſet confirmari Azeued. in l. 1. titulo 7. lib. 5. recop. n. 2. Pelaez de maiorat. 4. part. 2. quæſt. num. 2. & 10. Molina lib. 2. c. 7. n. 50.

* Ad num. 3. ibi.) Licentiam præceſsiſſe Regis, &c. Idem tenet Molina libr. 2. de Hiſpan. primogenijs c. 7. nu. 51. Matiençus in l. 3. tit. 7. lib. 5. gloſſ. 2. num. 2. confirmaturque hæc ſententia ex traditis à Rotæ auditoribus in deciſione 2. ſub titulo de exceptionibus in nouis. Felino in cap. Paſtoralis. nu. 5. cum ſequentibus, de præſcriptionibus Iaſ. in l. fin. n. 30. C. de edict. Diui Adriani toll. Ripa libr. 3. reſpon. 5. n. 12. Alciatus de præſumptionibus reg. 3. præſumptione 42. ſi autem maioratus in licentia inſeritur licet antea factus videtur ea certa ſcientia cõfirmatus iuxta tex. in c. venerabilis, & ibi gloſſam, extra de confirmat. vtili, vel inutili, & ibi ſequitur Abb. & Mench. de ſucc. creat. §. 26. n. 100. Matiençus, vbi ſupra n. 3.

* Ad nu. 3. ibi.) Semper præſumitur illud præceſsiſſe, &c. Idem Alciatus & alij quos refert Molina lib. 2. c. 7. n. 51. Azeuedus in l. 1. tit. 7. lib. 5. recop. n. 3.

### *Ad l. 43. quæ hodie eſt l. 2. tit. 7. lib. 5. Recopil.*

Vide Matiençum & Azeuedum in d. l. 2. tit. 7. lib. 5. recop. Gutierr. in lib. 2. quæſt. q. 74. & 75. Mieres in tract. maioratuum. 4. p. q. 10. nu. 1. fo. 435. Molin. de primog. lib. 1. nu. 62. fo. 277.

* Ad numer. 1. ibi.) Non expirat nec finitur morte eiuſdem Regis, vel principis concedentis, &c. Vide Guidonem Pap. de deciſione 491. Ripam in rub. de conſtit. n. 48. Boerium deciſione 346. n. 1. Archidiaconũ in procemio ſexti in fi. verſi. ſed pone quẽ ſequuntur ibi Ioan. Andr. Domin. & Felin. in c. cæterũ nu. 11. ex quo plura infert Didacus Perez in l. vlt. tit. 2. libr. 2. ordi. col. 337. Molin. lib. 2. c. 7. n. 64. Aduerſus tamẽ noſtrã legẽ obijcitur l. 20. tit. 30. p. 2. ibi entregãdole luego de los officios, vbi Greg. Lop. ex ea notat officia morte

Regis ea concedentis, expirare cuius difficultatis confirmationes refert Matiençus in l.ſecunda, titulo ſeptimo, libro quinto, gloſſa ſecunda, numero ſecundo. Reſpondens etiam ad legem partitæ in numero tertio, & ſequentibus, & quando poſsit Rex, qui licentiã concedendi maioratum præſtitit eam reuocare, tradit dominus meus, ſupra in l.40. num 89. vbi videre poteſt alios plures in additione ad prædictum numerum ibi. Ego teneo contrariam ſententiam, & ibi, niſi ea cauſa, &c. Et præſertim eſt videndus Molina, de primogenijs libro quarto, capite tertio, per totum, vbi latiſsimè de conceſſione licentiæ prædictæ, & reuocatione tractat.

### *Ad l.44. quæ hodie eſt l.4. titul.7. lib.5. recop.*

VIde Matiençum & Azeuedum in dicta l.quarta, & Gutierrez in libro ſecundo, quæſtionum quæſtione 77. 78. & 79. Molinam de primogenijs, ſecunda parte numero vndecimo folio 120. numero duodecimo, & decimo ſeptimo, folio 121. & numero vigeſimo quinto, fol. 123. & numero vigeſimo octauo, & vigeſimo nono. folio 124. Menchacam controuerſiarum, vſu frequentium libro primo capite duodecimo, numero nono, & libro primo capit. ſeptimo, numero quarto, Menchacam de ſucceſsionum creatione, libro primo §. ſecundo, num. 295.

### *Ad l.45. quæ hodie eſt l.8. titul.7. lib.5. Recopil.*

VIde Mieres in tractatu maioratuum in tertia parte, per totam, vbi plures quæſtionis huius legis materiã tangentes tractat. Matiençum & Azeuedum in dicta l.8. titulo 7. libro 5. Gutierrez in libro ſecundo quæſtionum, quæſtione 86. & 87. Meneſium in rubrica, de fideicommiſsis, folio quinto, numero octauo, Mieres in tract. maioratuum, tertia parte, quæſtione octaua, numero tertio, fo. 361. Molinam in libr. 2. de primogenijs, numer. 1. cum ſequentibus fol. 86. & num. 5. fol. eodem Couarruuias lib. 3. variarum. fol. 24. col. 3.

* Ad numerum 2. ibi.) Marique capiebantur, &c. Non ſolum piſces, ſed & ea quæ in mari proijciuntur, quæ cum plerumque iactata præſumantur de relinquendi animo occupantis fiunt, nec furti actione tenebitur l. falſus 44. §. ſi iactum ff. de furtis, præterquam ſi is qui bona iactauit, animum de relinquendi ea non habeat, vt puta ſi propter tempeſtatem leuãdi nauis, gratia proijciat, quo caſu dominium eorum, apud eum, qui proiecit remanet, neque occupantis fit ſine crimine, nequeunt occupari. l. qua ratione 9. §. fin. l. quacunque. 58. titul. proximo. l. interdũ 21. §. quod ex naufragio. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 2. §. fin. l. quæ leuandæ. ff. ad l. Rodiã. de iactu. l. 7. titul. 9. p. 5. & vide Baldum in §. fi. inſt. de rerum diuiſione.

* Ad numerum 3. ibi.) C. de aquæ ductu eodẽ lib. &c. ex quo poteſt dubitari ſi reperitur in aliquo loco ſeruus fugitiuus, an præſumatur liber, vel ſeruus, & quid in hoc declarabit iudex & crederẽ quod in dubio præſumatur liber, ſi in forma aliorum liberorum reperiatur: alias vero ſi cum aliquo ſigno contrario, vt quia ſit colore niger, vel cum alio ſigno particulari præſumatur ſeruus, & per conſequens iudex inquirat de domino eius, & ita dixi & conſului in quæſtione de facto.

* Ad numerum 4. ibi.) Secuta traditione vera vel ficta, &c. Ergo ſine poſſeſſione dominium acquiri non poteſt: quã opinionem defendit Othomanus libro ſingulari quæſtionum illuſtrium, quæſtione vndecima. Contrariam tamẽ ſentẽtiam, videlicet ſine poſſeſsione dominiũ poſſe acquiri defendit gloſſa verbo, in vacuum in lege cum C. de diſtractione pignorum, quam ſequitur Bartolus in lege ſi ſtipulatus numero ſecundo. ff. de vſuris.



vſuris. & in lege Celſus, numero 12. ff. de vſucap. vbi Baldus in ſecunda parte numero octauo, & receptam teſtantur Alciatus in lege 1. §. traditionibus numer. 20. ff. de pact. Aretinus num. 1. Iaſo 8. in rubrica de acquirenda poſſeſsione. Molineus in conſuetudinibus Pariſiẽſ. titulo 1. §. 55. gloſſa 5. numero 13. quæ ſententia in puncto iuris verior eſt, vt ex ſupradictis authorum fundamentis colligere licebit.

* Ad num. 4. ibi.) l. doce ancillam. C. de reiuendicatione, &c. Item etiam quęritur dominium vel ſaltim declaratur per ſententiam latam in rei vendicatione quia ſi actor prætendat ſe dominum & reus cõuentus poſsideat & negauit intentionem actoris, vel licet non poſsideat offerat ſe liti & dicat ſe poſsidere, vel licet hoc non dicat nec aſſerat, nec ſit interrogatus an poſsideat vel non, ſed ſimpliciter negauit intentionem actoris & proſecutus fuiſſet litem ex probationibus & actibus proceſſus reperiatur probatum dominium iudex pronuntiauit ſententiam diffinitiuã qua declarauit dominium actori pertinere quandocunque poſtea reus conuentus reperiatur poſsidere illa ſententia mandabitur executioni contra eum vt ſine alio nouo proceſſu, vel petitione mandetur executioni & teneatur rẽ actori reſtituere, iſta eſt gloſſ. ſingularis & vnica iuncto tex. in l. ſi à te. §. 1. ſecũdum tertiam lecturam. ff. de executione rei iudicatæ quam ibi ad hoc ſumme notat & commendat Bart. & communiter doctores & reputãt ſingularem & vnicam Angelus & Paulus de Caſtro, idem Paulus in l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſolu. matrimo. 2. col. num. 4. idem Paulus in l. ſi hæreditatem. ff. de petitione hæreditatis & in lege ſi quo tempore. eodem titulo, idem Paulus in lege prima C. de alienatione iudicij mutandi cauſa fact. 2. colum. Baldus in rub. ff. de rei vendicat. idem Baldus in l. cogi. C. de petit. hæredit. fin. col. idem Baldus in rubr. de ſententia & re iudicata idem Baldus in cap. ex conquæſtione. de reſtitutione ſpoliat. Angelus de Aret. in §. omnium. finali columna inſt. de actionibus Alex. in lege naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda poſſeſsione. 17. columna numero 46. & ibi Iaſo. 34. columna numero 139. & alij moderni. Et certe licet in puncto iuris mihi videatur valde dubia opinio: quia extrema & vniformiter & præciſe habilia & neceſſaria in rei vendicatione, & validitate proceſſus & ſententiæ ferendæ ſint dominium ex parte agentis & poſſeſsio vel detentatio ex parte conuenti vt in lege in rem actio. ff. de rei vendicatione & in lege qui petitorio eodem titulo & in lege prima C. de alienatione iudicij mutandi cauſa facti & in §. omnium. inſt. de action. & in capite Raynaldus. verbo cæterum de teſtament. cum ſimilibus ergo cum iſto caſu deficiat extremum paſſiuum æque principale videtur non poſſe procedere, & ita reprobat Baldus in lege is qui ſe obtulit ff. de rei vendicat. 2. lect. idem Baldus in lege, licet minimam. ff. de petitione hæreditatis, idem Baldus in lege non alias. ff. de iud. tamen in dubio ſequor communem opinionem & ab ea non recedo & ingenium & iudicium meũ ſubmitto tot & tam præclaris viris eam tenentibus & in eam confirmationem ſatiſfacit ratio: quia cum reus conuentus reſpõdet petitioni actoris, & litem conteſtatus eſt & extremum poſſeſsionem in ſe requiſitum non negauit viſus eſt ſe liti offerre & effici reus & per conſequens validatur iudicium.

* Ad numerum 5. ibi.) Et illud dominium ſic declaratum, de quo loquimur, &c. quod an duplex directum & vtile aut vnum tantum ſit, eſt controuerſum inter doctores & Bart. in lege naturaliter. §. nihil commune. numero 14. & in lege ſi quis vi. §. differentia nu. quinto de acquirenda poſſeſsione. Alexand. numero ſeptimo Alciatus in dicto §. nihil commune numero 90. Pinelus in lege ſecunda. C. de bonis maternis. tertia parte, numero vndecimo. Sarmientus libro tertio.

Selectarum cap. 2. num. 26. Corraſius lib. 6. miſcellanearum cap. 2. numer. 2. Baconius libr. 2. declarat. capit. 43. numero 24. exiſtimant duplex eſſe dominium directum, & vtile, quod ab omnibus eſt receptiſsimum, vt tradit Dominus meus in l. 68. infra numero 2. Sed vnicum tantum dominium eſſe in puncto iuris poſſet defendi cum Duareno libr. 1. diſp. capit. 17. Maino lib. 1. actionum in artem reductarum c. 6. Parladorio, rerum quotid. c. 1. §. 2. nu. 14. Valaſcus de iure emphyteutico, 1. par. q. 13.

* Ad numerum 17. ibi.) Ponendo nouem, vel decem diffinitiones antiquorũ &c. Alias tres diffinitiones adduxit gloſſ. in dict. l. 1. verbo poſſeſsio de acquir. poſſeſsione. quartam addit Iacobus de Rauenis. 14. adducit Ripa in dict. l. 1. num. 25. & in rubri. extra de cauſa poſſeſſ. & propriet. ex num. 1. triginta refert Conſtantinus in prin. inſt. de vſucap. ex nu. 2. aliam refert Alciatus in l. quæſtio. ff. de verbor. ſignificat. & in tract. de quinque pedum præſcript. numer. 86. aliam Conanus lib. 3. commentariorum cap. 3. nu. 2. aliam Petrus Greg. 1. p. ſynthomatis. cap. 13. nu. 5. aliam Bolognetus in d. l. 1. n. 152. de quibus videndus eſt Medicis de diffinitionibus diffinitione. 66.

* Ad numerum 17. ibi.) Diffinitio Bartoli videtur minus periculoſa, &c. Quam communiter ſequuntur interpretes teſte Iaſone in d. l. 1. nume. 32. Ripa n. 26. Bolognetus num. 558. Couarr. in reg. poſſeſ. in initio 2. partis, num. 3.

* Ad numer. 17. ibi.) Quod poſſeſsio eſt ius, &c. Poſſeſsione ſit vel factum eſt minus controuerſum, non ſolum inter interpretes verum etiam inter iuris conſultos factique eſſe probat text. in §. adipiſcimur, & in §. ſi vir vxori. l. prima ff. de acquirenda poſſeſsione l. denique iuncta l. ſequen. ff. ex quibus cauſ. maiores in l. ſi is qui pro emptore in princip. ff. de vſucapion. in l. in bello. §. factæ ff. de capt. l. 11. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtament. liber eſſe iuſſus fuerit l. poſſeſsionem pupil. ff. de acquirenda poſſeſsione l. bonæ fidei. §. in contrarium ibi, illud ad factum. ff. de acquirendo rerum domin. quorum iurium argum. hanc ſententiam defendit Bartolus numero 12. in l. ſi is qui pro empt. ff. de vſucap. Romanus numero nono, Alciat. numero vigeſimo ſexto, ibidem, & in tractatu de quinque pedum præſcript. numero 4. Berengarius Fernandez in §. nihil commune cap. 1. numero 63. Corra. in rub. de acquirenda poſſeſsione num. 3. Bolognetus in d. l. 1. de acq. poſſ. num. 83. Conanus libr. 3. commentariorum capit. tertio, numero primo, contrariam tamen ſententiam, & ſic poſſeſsionem ius eſſe, probat præter iura à domino meo hic allegata tex. in l. peregre, ibi, ius poſſeſsionis. ff. de acquirēda poſſeſsione, quam præter allegatos à domino meo ſequitur Couarruu. in regul. poſſeſſor in initio 2. partis numero tertio cum pluribus alijs quos ipſe allegat, vnde ad has opiniones conciliandas videndus eſt Corraſius in rubrica de acquirenda poſſeſsione numero tertio.

* Ad numerum 18. ibi.) Vt & Labeo ait, quaſi pedum poſitio, &c. Hanc ethymologiam, probat Bartolus in l. prima numero primo, de acquirenda poſſeſsione Albericus, Cumanus, Paulus, Imola, Aretinus, Alex. & Iaſ. ibi recep. tāque teſtatur Ripa ibi, numero primo Bolognetus numero vndecimo, & ex nouioribus Cumanus libro tertio, capite octauo, numero primo, Couarru. prima parte, rubric. de teſtament. numero tertio Carondas, lib. 1. veroſimilium cap. 6. verſi. 1. Caſtillus dialogo 73. nume. 2. probatque ex l. regia 1. tit. 30. par. 3 licet non à pedibus, ſed à ſedibus dictam poſſeſsionem fuiſſe conentur defendere Alciatus cum glo. in d. l. 1. verbo, à pedibus, & in lib. 1. diſpunction. c. 1. Corraſ. in d. l. 1. n. 1. & in § nihil cōmune n. 5. Viglius in prin. inſt. de teſt. n. 3. Othomanus de verbis iuris, verb. poſſidere Iſidor. in c. ius gentium 1. diſtinct.





* Ad numerum 19. ibi.) Quod vnica ſit poſſeſsio tantum, &c. Vnicam tantum poſſeſsionem eſſe non abs re tenuerunt plures ex neothericis poſt Azonem & Placentinum relatos à gloſſa in l. prima de acquirend. poſſeſsione, quos videre poteris in prima additione ad l. 65. ibi, poſſeſsio, &c.

* Ad numerum 19. ibi.) Teneo contrariam ſententiam, imo quod ſit duplex poſſeſsio, &c. Hanc eandem ſententiam defendit Bolognetus in dicta l. prima numero 204. de acquirend. poſſeſsione Corraſ. in rubric. eiuſdem titul. numero 4. & in §. nihil commune in præludijs numero ſexto, Mēchaca de ſucceſsionum creatione. §. vigeſimo primo, numero 108. Couarruu. in regul. poſſeſſor. in initio ſecundæ partis numero quarto, licet plures alij contendant vnicam tantum poſſeſsionem eſſe, vt videre licebit in l. 65. infra in additione ante n. 1. ibi poſſeſsio eſt ius inſiſtendæ rei, &c.

* Ad nume. 26. ibi.) Quod in accipientem tranſit poſſeſsio. &c. Vide ad huius quæſtionis reſolutionem, quæ latiſsimè tradit Mieres in tractat. maioratuum 3. par. quæſtione 9. numero 16. & ſequentibus Peralta in l. Titia cum teſtam. §. Titia cum nuberet, numero 12. pagin. 262. de legat. 2.

* Ad numerum 27. ibi.) Bene tranſit poſſeſsio in accipientem, &c. Circa hanc quæſtionem, vide Bartol. in §. nihil commune & Claudium ibi numero 13. Biantium de Herculanis numero 20. Bolognetum num. 67. Socinum column. fin. Paris de Puteo num. 31. Crotum nume. 34. Alciatum nu. 13.

* Ad nu. 37. ibi.) Et per conſequens dominium & præſcriptio, &c. Confirmatur nobiliter & ſubtiliter, quia ſeruitus afficit & reſpicit aptitudine & effectu totū fundum vel quamlibet eius partem & glebam, tā ex parte vtentis quam patientis: ideo merito quādo agit & tractatur de ea quærenda mediante præſcriptione cōtra voluntatem domini ipſius fundi ſeruientis coarctatur & reſtringitur, vt non extendatur ad alias partes. Quando vero agitur de quærendo dominio mediante præſcriptione per ingreſſum partis quæritur poſſeſsio & præſcriptio in toto fundo quia vniformiter & virtualiter reſpicit totum fundum pro indiuiſo, & nō magis vnam partem quam aliam & concurrit voluntas ipſius acquirentis & ipſius concedentis & militat ratio & propria deciſio tex. in d. l. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. Rurſus etiam confirmatur quia illud quod operatur & diſponitur à iure in titulo conceſſo & habito à domino reſpectu dominij quærendi habet locum in tit. habito à non domino reſpectu, quaſi dominij quærendi, vt in l. clauibus. ff. de contrahenda emptione & in l. qua ratione §. item ſi quis. ff. de acquir. rerum domin. & in l. cum qui §. 1. ff. de ſubliciaria, & in §. item ſi quis inſt. de rerum diuiſione, & in §. ex his inſt. per quas perſonas & vtrobique communiter docto. & notatur in l. Pomponius. §. ſi iuſſu. ff. de acquirend. poſſeſsione, & in §. ſed iſte quidem inſt. de actionibus, ſed reſpectu dominij per ingreſſum partis quæritur poſſeſsio & dominium in toto fundo ergo ſimiliter reſpectu quaſi dominij.

* Ad numerum 42. ibi.) Vel aliter & tertio quod illud procedat reſpectu proprietatis, &c. Quod ſequor tanquam veriſsimum & ſingulare cuius declaratio eſt quod præſcripta re, fundo vel territorio cenſetur præſcripta ſeruitus vel iuriſdictio annexa vel cohærēs reſpectu proprietatis, vt habeat ius & titulum in ea non tamē dicitur eſſe in actuali poſſeſsione nec competunt ſibi eius remedia.

* Ad numerum 44. ibi.) Ergo ſi in noſtro caſu ingreſſus non habeat animum poſsidendi ſequitur ꝙ nullā gerit poſſeſsionem etiam naturalem, &c. Et ſimiliter è contra ſi ingreſſus non habeat animum quærendi naturalem, ſed ſolam ciuilem videtur ſibi contrarius nam aut vtranque quærit cum habeat animum poſsidendi

vel nullam quærit cum non habeat animum poſsidendi.

* Ad numer.55.ibi.) Vbi fauorabilior eſt reſtitutio quando peto illud,&c. Sed in quo verſatur iſte maior fauor certe in eo quod fructus veniunt à tempore moræ licet alias regulariter in actione ſtricti iuris non veniant niſi à tempore litis conteſtatæ l.cum fundus ff.ſi certum petatur.

* Ad numerum 56. ibi.) Secundus actus vel modus fictus per quem acquiritur poſſeſsio, &c. Actus fictus per quos poſſeſsio transfertur congeſsit gloſſa in l.3.in princ.verbo,animo.ff.de acq.poſſeſ. Caſſanæus in conſuetudinibus Burgūdiæ rubr.7.§.1.

* Ad numerum 57.ibi.) Debet intelligi quando traditur inſtrumentum in quo continetur ius, &c. Vide dominum meū ſupra in l.17. numero decimo ſexto ibi quod fiat traditio,&c.Cum additione ibi poſita.

* Ad numer. 57.ibi.) O le ouiere entregado ante eſcriuano, la eſcriptura dello, & l.44.etiam his ll.Tauri,&c.Nec obſtat ſi dicas quod illæ ll.loquuntur in melioratione tertij & maioratu,ergo non extenduntur ad alios actus vel contractus quia reſpondeo quod in omnibus militat eadem ratio & non videntur leges correctoriæ,ſed confirmatoriæ vel declaratoriæ noſtri iuris regni poſt leges partitarum.

* Ad numerum 63.ibi.) Tranſit poſſeſsio ciuilis in eum in quem fit alienatio, &c.prout etiam tenet Gregor.per tex.ibi in l.9.titulo 30.part.3.& Matienços in l.8. titulo 7.gloſſa 1.libr.5.recopilationis numero 21.

* Ad numerum 75.ibi.) Vincentius ibi 6.col.in princ.nume.15. &c. Vel aliter & 3.& quidem ſubtiliter & nouiſsime quia quando quærit poſſeſ. per procuratorem non ſufficit quærere per viſum vel proximitatem rei, vel per quemlibet aliū actū fictū ſed neceſſario requiritur quod quæratur per actum verū & naturalem apprehenſiuum poſſeſsionis ſcilicet ingreſſum rei in rebus immobilibus & apprehenſionem in rebus mobilibus,ſed quando quæritur per cuſtodem ſufficit quod talis cuſtos perueniat in præſentiam rei vel proximitatem eius.

* Ad numer.83.ibi.) Ille ſecundus erit præferendus in re, &c. Vide Molinam idem tenentem in lib.4.cap.2.num.58.folio 131.& n.64.fol.132.

* Ad numerum 95.ibi.) Paulus in l.peto de leg.2.§.fratre in princ. &c. Cum quo tranſeunt ibi doct. Confirmatur quia poſſeſsio vel detentatio, per quam acquiritur dominiū & inducitur alienatio primordialiter & originaliter deſcendit & cauſatur ab illa apprehenſione vera actuali & naturali, vt in l.1.ff.de acquir.poſſeſ. licet poſtea de iure ciuili poſitiuo extendatur ad actus fictus de quibus ſupra: ergo, ad hoc vt per alienationem quis incurrat in pœnam merito debet intelligi facta traditione per actum verū quia in delictis & materia pœnali ſemper fit reſtrictio & nō extenſio argumento tex.in l. interpretatione ff. de pœnis item etiam confirmatur quia grauatus alteri poſt mortem reſtituere ſemper intelligitur de naturali non ciuili, vt dixi in l.40.ſupra eodem ſin.quæſtione.

* Ad numerum 109.ibi.) Imola & communiter doct.&c.Sed aduertēdum quod circa hoc ſe offert noua & ſubtilis difficultas quæ requiritur in aliquo actu, requiritur etiam in diſtractu tex.eſt in l.hæredes palam §.ſi quid poſt ff.de teſtam.tex. in l.1.& per totū ff.de acceptilationibus text. in l.nihil.tam naturale ff.de reg.iuris cum ſimilibus, ſed poſſeſsio quæritur corpore & animo, vt in l.1.ff.de acq.poſſeſſ. ergo ſimiliter deſiſtentia corporalis & voluntas, & animus amittēdi recurritur in poſſeſſ.amittenda, ſed reſpondeo quod principalior & efficacior cauſa in poſſeſsione eſt ipſa voluntas & animus & vel illa regitur, & gubernatur, ideo illa ſufficit vel aliter, & ſecundo quod ſi in quæren. poſſeſsione requiritur Actus naturalis de ip-

ſomet



ſomet iure primæuo naturali argumento tex.in l.1.ff.de acquir.poſſeſſ. quod quidē ius ſequitur & imitatur ius noſtrum ciuile poſitiuum, ſed in amittenda poſſeſsione non requiritur de iure illo naturali aliquis actus corporeus nec ſolennitas inuēta, ideo de iure ciuili poſitiuo ſufficit ſolus animus & voluntas, ſine actu corporeo vel aliter, & tertio in quærenda poſſeſsione, ideo requiritur actus corporeus & maior ſolennitas quia agitur & agi poteſt de præiudicio tertij in amittenda vero poſſeſsione ſolū agitur de præiudicio ipſius poſſeſſoris.

* Ad numerum 111.ibi.) Poſſeſsio ipſo iure ſine aliquo actu apprehenſiuo poſſeſsionis, &c. De hac poſſeſsione plura ſcripſere Berengarius in §.nihil commune c.1.numer.24. Segura in l.quemadmodum nu.8.ff.de acq.poſſeſſ.

* Ad numer.111. ibi.) Teneo pro vera & reſolutiua ſententia, &c. Quam etiā tenet Gomez Arias hic, numero 7. & 8. hanc dicens communem Couarruuiam, libr.3.variarum cap.5.num.6.verſic.cęterum, Suarez in l.8.tit.de las herencias, lib.3.numer.15.& pluribus ſequentibus Caſſanæus, in conſuetudinibus Burgundiæ rubr.7.§.1.carta 237.colum. numero 15. vbi plures caſus enumerat, vbi poſſeſsio abſque apprehenſione transfertur Greg. in l.6.gloſſa penult.titulo 30.par.3.Perez ad Seguram in l.quemadmodum numero 103.ff.de acquirenda poſſeſsione, vbi alios plures caſus congerit Molineus lib.3.de primogenijs capit.12.numero 15.& 19.Matienços alios plures allegans, in l.8.titulo 7.libro 5.gloſſa 1.numero 5. Menchaca de ſucceſſ.creat.§.21.num.109. & controuer.illuſtrium.cap.57.nu.25. Caſtillus hic, nu.21.Gifuentes nu.33.

* Ad numerum 111.ibi.) Vocatur ciuiliſsima ſecundum Baldum in d.l.fin.&c. Ita vocari teſtatur Tiraquellus plures referens, in tractat. de morte in præfatione declaratione 7.numero 3.& 11.vbi ciuiliſsimam recte appellari probat hanc poſſeſsionem quia iuris ciuilis miniſterio ſine artificio nulloque actu interueniente, vero vel æquipollenti, ſed ſola legis ſtatuti vel conſuetudinis diſpoſitione transfertur Ripa id recte explicans in rubr.ex. de cauſ.poſſ. & propriet.numero 23. & 24.Molina de primogenijs libr.3.cap.12. num.13.

* Ad numerum 111.ibi.) Vt illa poſſeſsio ſit vera & propria & operetur omnes illos effectus,&c. Idem probat Tiraquellus in tractat.de morte 5.part. declarat.11. & Melius in lib.de conſtituto 1.part. ampliat.1. Menchaca, de ſucceſſ.creat.§.21. numero 110. Matienços in rubr. tiulo 1. glo.1.numero 119.& in l.8.tit.7.lib.5.gl.1.num.10.

* Ad numerum 111.ibi.) Quarto in tantum procedit iſta lex , vt habeat locum etiam ſi ſucceſſor maioratus ſit abſens, &c. Idem tenet Molina de primogenijs cap.12.numero 24. Tiraquellus de morte 2.part.declarat.17.numer.4.& dominus meus latius in numero ſequenti, vbi pluribus vrgentiſsimiſque fundamentis id procedere probat, quo fit vt neceſſarium non ſit requiſitū à Palacios Rubeus hic deſideratum, vt ſcilicet probare teneatur his qui prætendit in ſe tranſlatam ipſo iure poſſeſsionem bonorum maioriæ vocatum eſſe abſque vlla dubitatione ad maioratum poſt mortem poſſeſſoris, de quo plene ac integre conſtare debere ait verum cum lex ſemper ſit certa de vero ſucceſſore ſtatimque mortuo poſſeſſore trāſeat poſſeſsio in eum, qui vere vocatus eſt, licet ipſe ignoret eſſe vocatū vel prædeceſſorem mortuum neceſſe non eſt ab ipſo id probari, vt docte animaduertit Matienços in l.8.titulo 7.lib.5.gloſſ.4.per totam ; ſed contrariam ſententiam ſcilicet ſucceſſorem maioratus probare teneri verum eſſe ſucceſſorem à primo inſtitutore vocatum, & ex natura primogenij à lege admiſſum prius quam poſſeſsio in ipſum transferatur tenet Palacios hic numero 2.Gregorius in l.7.titulo 4.part.5.ver-

 bo

bo, poſſeſsion Mieres in tractatu maioratuū. 3. par. quæſt. 20. per totam, & his non relatis Molina lib. 3. cap. 13. num. 12. & 13. Velazquez de Auendaño, hic gloſſ. 8. n. 8. & 9. vbi eum vocatum ad ſucceſsionem maioratus, dicit vt poſſeſsio huius legis ei competat affirmat illum cuius vocatio aut inſtitutio ex cōiecturis deducitur, idē quē teſtatur Molina libro 3. capite 13. numero 43.

* Ad numerum 111. ibi.) Etiam poſſeſsio prædictarum rerum ſit apprehenſa & occupata per alium in vita, &c. Sequuntur eandem ſententiam Cumanus, Iaſo, Claudius, Caſius, Gorſetus, Ruinus, Decius, Afflictis cum pluribus alijs relatis à Tiraquello in tractatu de morte. 3. declaratione 5. partis num. 7. Molina lib. 3. de primogenijs. c. 12. nu. 17. Matiençus latè id diſputans in dict. l. 8. tit. 7. lib. 5. recop. gloſſ. 5. à numer. 1. cum tribus ſequentib. & Velazquez hic gloſſ. 9. per totam & gloſſ. 6. etiam per totam. Gabriel lib. 5. commun. opin. tit. de acquirend. poſſeſſ. concluſ. 9. num. 18. Suarez in l. 8. tit. de las herencias. lib. 3. fori, num. 15. Greg. in l. 6. gloſſ. penult. tit. 30. part. 6. Gomez Arias. hic, num. 6. Couarr. lib. 3. variarum. cap. 15. num. 6.

* Ad numerum 112. ibi.) Sed his non obſtantibus ego teneo contrarium imo quod etiam ſi ſucceſſor maioratus, &c. Prout in ſpecie tenet Gregorius in l. 7. 4. par. 5. gloſſ. 1. in fin. Tiraquellus in tract. le morte ſaicit le vif. declaratione 16. 2. part. num. 4. & latius in declaratione 17. Molina lib. 3. de primogenijs. c. 12. num. 24. Matiençus late in d. l. 8. tit. 7. lib. 5. gloſ. 1. numero 25. inducens ad huius ſententiæ comprobationem legem 3. in princip. ff. de acquirenda poſſeſsione. nouiterque illam intelligens Mieres in tract. maioratus. 3. par. quæſt. 2. num. 4. ad fin. vbi hanc poſſeſsionem ei qui eſt in vtero cōpetere docet in num. 5. & per totam quæſtionem.

* Ad nume. 114. ibi.) Sit noua & realiter diſtincta poſſeſsio & nō illa quæ erat penes defunctum, &c. Ita etiam affirmat Gregor. Lopez in l. 7. tit. 4. de donat. part. 3. gloſſ. 1. poſt medium verbo, ſed quid ſi iſte. Molina lib. 3. de primogenijs, cap. 12. num. 22. Matieçus in l. 8. tit. 7. lib. 5. recop. glo. 5. n. 7. Caſius in epithome feudorum part. 6. charta. 5. Tiraquellus in tractatu le morte par. 5. declaratione 5. num. 1. & Velazquez de Auendaño hic gloſſ. 6. vbi ro

* Ad numerum 114. ibi.) Et iſtud eſt quod teneo & ſentio in hoc ſubtili articulo, &c. Ex quo poteſt inferri quod ſi lege vel ſtatuto caueatur quòd ex nouo dominio vel poſſeſsione quæſita ſoluatur certa penſio vel gabella regi vel alteri domino temporali ſoluetur de iſta poſſeſsione de nouo per legem quæſita: non vero ſoluitur de eadem & antiqua poſſeſsione in ſucceſſorem vel alium continuata.

* Ad numerum 116. ibi.) Imo quod ſolum habeat locum, & procedat noſtra lex in rebus maioratus qui ſit conſtitutus cū licentia principis, &c. Hanc ſententiam tenet etiam Gomez Arias in l. 25. Tauri. nu. 62. Salazar de vſu & conſuetudine capit. fin. & in dubium reuocat Palacios Rubeus in l. 24. Tauri. numero 82. ſed contrarium eſt receptius vt latius videre poteris in l. 40. nu. 36. in additione ibi, quodlibet grauamen vel vinculum & videas vltra ibi allegatos Mieres in tractatu maioratuum, 3. p. q. 1. per totam. Padillam in Rub. C. de fideicommiſsis. numero 9. Peraltam in l. 3. §. qui fidecommiſſa. num. 138. ff. de hæred. inſtituendis. Grego. Lopez in l. 32. tit. 9. par. 6. gloſſ. magna. fol. 70. colum. 4. verſiculo idem, aduertend. Azeuedus in l. 8. titulo 7. lib. 5. recopila. numero. 1.

* Ad numerum. 117. ibi.) Ego teneo cōtrariam ſententiam, imo quod iſta legalis & ciuiliſsima poſſeſsio tranſeat, &c. Hāc eandem ſententiam defendit Mieres in tractat. maioratus. 1. parte quæſt. 24. ex prin. fere per totam, vbi quatuor fundamentis eam confirmat, præſertim per tex. in l. 7. tit. 4. par. 5. iuncta l. quotiens. C. de donationibus: quæ ſub modo. & ſummariè eam tenet in 3. p. quæſt. 8. numero 40. contrariam tamen defendit Molina libr 3. de primogenijs capit. 19. numero 40. referens Coſtam in quæſt. de patruo & nepote, pag. 14. Secure credens non transferri poſſeſsionē iſtius legis 45. in primum maioratus ſucceſſorem. Velazquez tamē de Auendaño hic gloſſ. 3. nume. 2. per totum has opiniones hunc in modum conciliat, inquit enim domini mei ſententiā eſſe ſequendam, veramque credendam quoties maioratus ſit irreuocabilis bonorumque poſſeſsio non tranſlata quod facillime contingere poterit, vt ipſe latius probat, quo caſu poſſeſsio, de qua per l. noſtram in ipſum ſucceſſorem maioratus trāſiuit, vt dominus meus Miereſque vbi ſupra, docent: quam cōciliationem latius videre licebit per ipſum Velazquez, vbi ſupra.

* Ad numerum 117. ibi.) Vnde non poſſet præſcribere, &c. Idem tenet Molina lib. 3. de Hiſpanorum primogenijs capit. 12. numero 18. & quando bona alienari prohibita præſcribi poſsint, vide per Matiençum per concluſiones docentem in l. 8. tit. 6. lib. 5. recop. glo. 5. à nu. 11. cum ſequentibus.

* Ad numerum 118. ibi.) Quadam vero recuperandæ, &c. Hanc interdictorum diuiſionem diminutam eſſe, quartūque interdictum poſſeſſorium ſcilicet cōſeruandi reperiri contendunt Baldus in c. 1. §. fin. de prohibita feudi alienatione, per Federicum Ripa in §. nihil commune numero 2. de acquirenda poſſeſsione num. 2. Bolognetti 1. p. n. 48. quod interdictū competere aſſerunt, vbi filio impuberi cui quæſtio ſtatus hæreditatis mouetur ex beneficio Carboniani edicti. differtur quæſtio in tēpus pubertatis mittiturq; in poſſeſsionem vel ſi poſsideat tuetur & cōſeruatur l. 3. §. miſſum de Carbonia. edict. l. 1. C. eodem. verū hæc ſententia vera nō eſt, meritoque reprehenditur à Romano & Alex. in d. l. 1. à Fabio in §. nihil cōmune n. 4. Socin. Iun. nu. 10. Bereng. 1. p. n. 176. in prælud. num. 13. Menochio de adipiſcēda in præludijs numer. 14. nec Baldi opinionem probat d. l. 3. §. miſſum. nam reiecta interpretatione Iaſonis ibidem, quam ſequitur Socinus in dict. §. nihil commune, & ſibi aſcribunt nouiores & teſtatur Corraſ. dict. num. 13. in fin. exiſtimantes, illud interdictum extra ordinarium eſſe & ideo in diuiſione Iuſtiniani, & Vlpiani nullam eius fieri mentionem, reſpondendum eſt interdictum conſeruandæ ſub interdicto retinendi includi, vt rectè aduertunt Romanus, & Alexand. quos ſequitur Menochius vbi ſupra.

* Ad numer. 120. ibi.) Interdictum adipiſcende, &c. Hoc interdictum competit pro adipiſcenda poſſeſsione, quæ antea non fuerat adepta. l. 2. §. adipiſcendæ de interdict. §. adipiſcendæ inſt. eodē, ꝙ triplex eſt, quorum bonorum, quorum legatorum, & Saluianum, de quibus late agit Menochius, de adipiſcenda reme. 1. 2. & 3. ſunt & alia tria adipiſcendæ poſſeſsionis remedia ciuilia; primum ex l. vltima. C. de edict. Diui Adriani tollendo, ſequens ex l. 3. C. de pignoribus, vltimum ex officio Iudicis; de quibus Menochius vbi ſupra remedio 4. 5. & 6.

* Ad numerum 137. ibi.) Et ex hoc poteſt decidi quæſtio vtilis, &c. Vide Menochium de adipiſcenda poſſeſsione remedio 4. numero 694. Perez in l. 1. tit. 2. libr. 5. ordinam. verbo, en las mandas, col. 41. vbi plures refert Meneſius in authentic. hoc amplius numero fin. C. de fideicom.

* Ad numer. 137. ibi.) Et in expreſſo ita tenet Rodericus Suarez in repetitione &c. De hac quæſtione, vide Meneſium in authent. hoc amplius. C. de fideicōmiſſ. num. 25. Dueñas in regul. 15. nu. 2. Peraltam in l. 1. numero 85. de legat. 2. Aniles in capit. prætorum, verbo, executio. c. 10. num. 8.

* Ad numer. 147. ibi.) Primo erit legitimus contradictor ille qui detinet, vel poſſidet

ſidet illas res,&c. Hæc eſt Bartoli doctrina C.de edict.Diui Adriani tollen. num. 12.Pauli eodem numero,Cornei numer. 14.Baldi,num.43.Deci.numer.40.ex qua doctrina infert Matienςus in l.2.tit.9. lib. 5.gloſſa.3.numero 20. quod ſi hæres in teſtamento inſtitutus ex reme.l.vlt.C. de edict.Diui Adriani tollẽ.petierit ſe mitti in poſſeſsionem bonorum defuncti quæ tempore mortis relinquit nõ poterit mitti in poſſeſsionem dimidiæ partis bonorum constante matrimonio acquiſitorũ, quippe quorum domina erat & poſſeſſor vxor in vita defuncti & cum miſſio petitur ipſa poſsidebat.

* Ad nu.158.ibi.)Quia ille qui poſsidet cum tit.habet & allegat potentius & fortius ius,&c. Vide Couar.in practicis c.12.

* Ad numerum 168.ibi.) Interdictum retinendæ poſſeſsionis, &c. De hoc interdicto,vide Eguinarium lib.6. Manualium titul.17.Menchaca,de retinenda remed.3.in prin. vti poſſidetis olim competebat ei,qui tẽpore redditi interdicti poſſidebat,vtrobiq; experiebatur ille,qui maiore parte nouiſsimi anni poſſediſſet,quæ differentia abrogata fuit,nã Vlpianus in l.1.vti poſsidetis ſcribit,in vtroque interdicto ſufficere poſſeſsionem tempore turnationis, Iuſtinianus vero in §.retinendæ inſt.de interdictis ſcribit ſufficere litis cõteſtatæ tempore turbatum poſsidere,qui diuerſæ conſtitutiones ſunt, vt aduertit Eguinarius Varo,vbi ſupra & in dict.§.retinendæ,& patet quia Vlpianus turbationis tempus Iuſtinianus tempus conteſtationis attendit,quamuis vnam eſſe conſtitutionem, & exæquationem quam pro more ſuo ſibi vendicat Iuſtinianus contendat Menochius de retinenda reme.2. num.4.& ſequentibus,Retinendæ autem poſſeſsionis cauſa comparata ſunt interdicta ne vis fiat ei de ſuperficiebus, de itinere actuque priuato,de aqua quotidiana & eſtiba de riuis de fonte,vt cõſtat ex illis titulis & proſequitur Menochius de retinenda remed.1.cum ſequentib.

ibi

* Ad numerum 172. ibi.) An competat pro quaſi poſſeſsione annæ præſtationis &c.Valde controuerſa eſt iſta quæſtio inter canoniſtas, & legiſtas præſertim cum annua præſtatio eſt moræ perſonalis,vt cõſtat.ex his,quæ late ſcripſit Menoch.de recuperanda remedio 1.numero 87.& de retinenda remed.3.numero 139.Corraſ. in §.nihil commune in præludijs numero 12.& ſequent. Tiraquellus libr.1. de retract.§.32.gloſſ.1.numero 76.& §.1.glo. 6.numer.12. in qua quæſtione verior eſt opinio negatiua legiſtarum à domino meo defenſa quanuis ſententia canoniſtarum æquior videatur,ob idque in omnibus curijs tam eccleſiaſticis quam ſecularibus communi vſu ſeruetur teſte Fabro in §.1.in fin.inſt.de interdict,quem vſum pluribus rationibus defendunt Aretinus ibi Angelus,in l.ſi certis annis col.pen.C. de pact.

* Ad numerum 172.ibi ) Quia in obligationibus mere perſonalibus non datur à iure aliquod remedium poſſeſſorium, &c. Hæc fuit opinio legiſtarum & in puncto iuris verior licet contraria canoniſtarum , vt ſupra diximus, æquior videatur.

* Ad numerum 180. ibi.) Interdictum vero recuperandæ poſſeſsionis competit poſſeſſori per vim directo, &c. Hoc interdictum recuperandæ duplex eſt vnum de vi armata,quod de vi publica appellatur,alterum de vi priuata, vel de quotidiana,quæ ſine armis infertur vt ex Cicerone,in oratione pro Cecina,& libr.7. familiarum ad Trebatium obſeruant Alciatus lib.1.Parergon.cap.34. Duarenus, lib.1.diſpunct.cap.20.Cuiatius.lib.5.ſententiarum titulo 6.verſi.vi deijcitur, Robertus lib.3.ſententiarum cap.20.Menochius de recup.remed.1.ex num.2. quod non obſcure ſignificat rubrica de vi & vi armata,qua ſignificatur in illo titulo agi de duplici vi,altera priuata vel quotidiana altera armata & publica de quarum prima agitur in l.1.de altera in l.3.eiuſdem

titu-



tituli, ideoq; ſub illo tit. duo cõtineri interdicta ſcribit Paulus Conſultus.in l.2.§. recuperandæ.ff. de interdictis inter quæ duo interdicta ſingulari ſerat differentia. quod interdictum de re priuata, & quotidiana ei tantum dabatur,qui poſsidebat l. 1.§.interdictum autem. de vi & vi armata,interdictum de vi armata dabatur etiã creditori in poſſeſsionem,miſſo,& colono,vt recte probat Cuiatius,vbi ſupra.rurſus etiã interdictũ de vi quotidiana,ei tamtum competebat, qui ab aduerſario nec vi,nec clam,nec precario poſsidebat dict. l.1.§.qui à me vi interdictum, de vi publica ſine vlla exceptione dabatur,etiam ei qui à me vi clam,vel precario poſsidebat.l.ſed ſi vi armata.14.ff.de vi & vi armata,quæ iura ſic concilianda eſſe ex Cicerone,vbi ſupra,& Paulo dict.lib.5.ſententiarum titul.6.verſiculo qui vi. obſeruant Alciatus, Duarenus,& Cuiatius,vbi ſupra. Huius autẽ interdicti cauſa conſtituti erant iudices,qui reparatores appellabantur,vt docet Cicero.in dict. oratione pro Cecina,quanuis pro alijs etiã cauſis reparatores dari conſueuiſſe doceat Signorolus lib.2. de antiquo iure ciuiliũ Romanorum.c.18.

* Ad numer. 183.ibi.)Item adde quod in tantum ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus,&c. Hanc regulam latiſsime proſequitur Ripa in l.naturaliter.§.nihil commune numero 46.Bolognetus 2.part. ex numero 95. Menochius de recuperanda poſſeſsione remedio 1.per totum Portius lib.2.concluſionum. concl.44.Socr.reg. 466.Gabr.lib.5.concluſ.concluſ.1.Perez in rubr.titul.14.libr.3.ordina.& in l.5.eodem titul.& lib.1.gloſſa verbo, luego reſtituyan.

* Ad nu.183.ibi.) Secundo limita, niſi agenti poſſeſſorio recuperandæ obſtaret notorius defectus proprietatis, &c. Hãc eandem limitationem confirmat gloſſ.in cap.ad decimas de reſtitut.ſpoliat.verbo, præſumantur verſiculo idem videtur lib. 6.quam ſequuntur Cardinalis in c.in literis de reſtit.ſpol.nu.9.& communis quam reſoluit Couar.in 4.2.par.c.7.§.5.nu.10. & in practicis cap.23.nu.4. Gregorius in l.27.tit.2.p.3.gl. verbo,que le entregaſſe, Menoch.de recuperanda remed.nu.113. & nu.222.Lancelotus de attentatis 3.p.c. 24.q.1.nu.28.cum ſequentib.contrariam tamen ſententiam defendũt Francus. nu. 9.in d.c.ad decimas.Gomezius in reg. de non iudicando quæſt.5.ad fin.& alij relati à Puteo lib.2.deciſi.184.nu.9.Beroio.in d.c.in literis.nu.74.Corr.n.70.Fabro 47. Bolognin.24.quas opiniones cõciliat ex mente Panormitani & aliorum Anton. Gabr.lib.5.commun.opini.tit.de reſtitu. ſpoliat.concl.1.nu.10.verior tamen concordia eſt, vt prior dominique mei opinio procedat,quando notorius tituli defectus ſpoliato obſtat & fundat intentionem ſpoliantis,poſterior vero quãdo ſpoliantis intentionem non fundat, pro qua interpretatione facit tex.in l.1.§.qui à me vi in l.colonus,& in l.cum fundum de vi & vi armata,in §.recuperandæ inſt. de interdict.in l.ſequitur.§.ſi tu.verſic.ſi dominus,de vſucap.

* Ad nu. 183.ibi.)Per ſententiam diffinitiuam latam cõtra agentem ante ipſam ſpoliationem,&c.Idem eſt ſi per inſtrumentum publicum & contra id nihil obijciatur,quia tunc ſpoliatus non erit reſtituẽdus,vt habetur in Rotæ deciſione ſub tit.de reſtit. ſpoliat.deciſ. 16. in nouis & ex varijs probat Menochius de recup.remed.1.n.223.

* Ad nu.183.ibi.)Per cõfeſsionem partis,quia agens interdicto recuperãdę,&c. Quia cum confeſsio ſit verior & potentior probatio omnibus.l.fin. C. de fideic. l.generaliter.§.ſed iuramentum verſic.ſi quidem, de rebus creditis.l. generaliter, C.de non numerat.pec.& tradit late Maſcardus,de probation.q.7.per totã; ſi per confeſsionẽ conſtat de dominio ſpoliatoris,ſpoliatus,non erit reſtituendus, vt cũ cõmuni reſoluit Menoc.de recup.remed. 1.n.215.cum pluribus ſequentibus.

* Ad

* Ad num.183.ibi.) Quæ cumulatio admittitur quia ceſſant omnes regulę impeditiuæ,&c. Verũ in hac quæſtione tres fuerũt doctorũ opiniones, prior Azonis & Ioã. quos refert Bartolus in §.nihil cõmune.n.14.exiſtimantiũ poſſeſſoriũ & petitoriũ nunquã poſſe cumulari ſed ſemper poſſeſſorium præcedere debere, alia fuit Petri,& Cini, relati à Bartolo vbi ſupra aſſerentium omne poſſeſſoriũ cũ petitorio cumulari poſſe. Quæ duę opiniones communiter ab interpretibus reijciuntur & prior conuincitur ex Iuribus pro ſecunda adductis, & ſecũda ex iuribus adductis pro prima. Vnde fuit communi ferè omnium cõſeſu admiſſa ſententia Martini diſtinguentis inter poſſeſſoria adipiſcendæ & recuperandæ & interdictum retinendæ, nã duo priora concurrere poſſunt cum petitorio de quibus intelligenda ſunt iura citata pro opinione Petri, vltimũ vero non concurrit cum petitorio de quo intelligẽda ſunt iura citata pro opinione Azonis & Ioãnis quæ diſtinctio probata eſt à Romano Pontifice, in c.Paſtoralis de cauſa poſſeſsionis,& proprietatis eamq; defendũt Bartolus & cæteri magis communiter vt teſtãtur Iaſ.in d.§.nihil cõmune n.97.Ripa.141.Bolognetus 1.par.n.63.&2.par.n.266. ex quibus omnibus colligunt regulã quod petitorium poſſeſſorium retinendę concurrere non poteſt, quæ limitari ſolet ſex caſibus quæ colliguntur ex ſex interpretationibus traditis ab Accurſio in d.§.nihil commune vbi vidẽdus eſt Bartolus ex 1.combinatione n.16.vbi vniuerſum tractatum concurſus & cumulationis petitorij & poſſeſſorij ſeptem cõbinationibus comprehendit.

* Ad nu.183.ibi.) Quia ceſſant omnes regulæ impeditiuæ vt in l.cũ fundũ, &c. Quarum tres refert Bartolus in. §. nihil commune à domino meo allegatus: aliæ tres colliguntur ab eodem in l.edita. C. de edendo.

* Ad num 183.ibi.) Primo modo quod illa lex intelligatur quando actor agit interdicto adipiſcendæ poſſeſsionis,&c. ſic etiam hanc legẽ partitæ intellexit Gregorius ibi, verbo, que le entregaſſe, & vide Pelaez de Mieres in tract.maiorat.3.p.q.15.nu.14.

* Ad numerum.192.ibi.) Et certe iſta eſt qualitas formalis in qua fundatur deciſio illius tex.&c. Secus tamen quando ſimpliciter actor probat aliquando poſſeſſionem fuiſſe penes eum & nunc reperiri penes reum conuentum vt in quæſt. propoſita, quia tali caſu ceſſat ius qualitas & extremũ requiſitũ tã ex parte actoris quã rei conuenti vt poſsit fundari iudiciũ inter eos & ferri ſentẽtia: quia fortè reus cõuentus quia nunc reperitur poſsidere habuit ex iuſta aliqua cauſa quã ignoramus.

* Ad numer.192.ibi.) Inter dictum vti paſsidetis pro conſeruãd.ciuili poſſeſsione,&c. Pro complemento tamẽ finaliter dico quod prædicta procedant & habeãt locum quando agitur hoc interdicto vnde vi ciuiliter ratione poſſeſsionis ablaeæ ſecus vero ſi agatur criminaliter ad pœnã propter violentiam commiſſam quia tũc diuerſimode punitur inuaſor, & ſic delinquens vt magiſtraliter ſuo loco dixit dominus meus in materia delictorũ in c.4. de violentia.

* Ad numer.192.ibi.) Quod talis poſſeſſos maioratus poſsit intentare inter dictũ & remedium poſſeſſorium adipiſcendæ, &c. Idem tenet Paulus Pariſius cõſ. 41.lib.1.n.8. Caſſaneus in conſuetudinibus Burgund.Rubr.7.§.1.Boerius in conſuetudinibus Bituricenſibus. tit. de teſtamẽtis.§.6.gloſſ.1.Couarr.lib.3.variarum.c.6.nu.6.verſiculo, eſt tamen circa, Molin.lib.3.c.13.n.3. hodieque hanc ſententiam probat l.9.tit.7.lib.5.vbi Matiençus gloſſ.1.n.1.id aduertit & in l.8.tit.7.l.5.gloſſ. 2. nu.4.vbi late poſſeſſoria maioratus ſucceſſori competere probat Suarez. in tit, de las herencias,num.18.pag.448. Tiraquellus in tractat.de morte.6.par.declaratione 2.n.1.cum ſequent. Azeuedus in l. 8. tit.7.lib.5.num.19.

* Ad



* Ad num.192.ibi.) Cõpetit ſucceſſori maioratus remediũ legis fin. C.de edict. Diui Adriani toll.&c. Idẽ remediũ ei cõpetere probat Tiraq.plures referẽs in tra. de morte.6.p.declar.2.n.2.& 6.pag. 244. Caſſaneus in conſuet.Burg.rub.7.le mors ſaiſit.§.1.n.1.fo.224.col.2.licet de hac ſententia dubitet Mieres in tract.maiorat.3.p.in initio nu.11.eãdem ſententiam confirmat Greg.in l.2.tit.14.in gl.luego,p.6.verbo, propriedad, Azeu.in l.8.tit.7.lib.5.nu.20.cõpetit etiã vocato ad maioratum Carbon.edict.ſecundũ gloſſam, in d.l.2.verbo, propriedad,& Meneſiũ, in l.eam quã n.122.C.de fideic.Suarez in tit.de las herencias,n.18.pag.448.Moli.lib.3.c.13.n.25.&26.cũ ſequen.Azeu.vbi ſup.n.21.

* Ad nu.193.ibi.) Quia tunc ſibi cõpeteret contra eũ interdictũ & remediũ recuperandæ, vnde vi,&c. Hoc interdictũ recuperãdæ, ſine diſtinctione maioratus ſucceſſori dãdũ eſſe teſtatur Guid.Pap.q.552.Boer.in conſuet.Bituricen.tit. de teſtam.§.6.gl.1.Dec.cõſ.84.col.1.& 2.Soc. in l.rem, quæ nobis n.13.fol.circa 5.ff. de acq.poſſ.Ripa cõmuniter receptũ id aſſerẽs in lib.1.recep.c.1.n.84.& ſequẽ.Caſſa. conſ.19.dubio.12.Anto.Craſ.inter conſilia Cale.conſ.65.col.3.verbo.cõpetit etiã quintũ Guilliel.Bened.in repet.c.Raynũ. verbo, mortuo itaque teſtatore 2.nu. 72. Paul.Pariſ.ſibi cõtrarius conſ.41.n.13. n.1. Tiraq.in tract.de morte 4.declar.6.p.n.3.& 4.Afflict.deciſ.299.n.9.Iaſ.ſibi cõtrarius conſ.85.col.1.lib.3.& conſ.146.col.1.lib.4.Bal.ſibi parũ conſtans.in rub. extra, de cauſ.poſſ.& proprietatis col.vlt.vbi Ripa nu.24.Couar.lib.3.reſolut.c.5.n.6.ver.ſic & in interdict.recuper.Mench.de ſuc. creat.§.21.n.89.Palac.hic.n.26.Caſtil.verbo, tomada la poſſeſsiõ. Xuarez in l. 8. tit. de las herencias,lib.3.fori n.15. Moli.lib.3.c.13.n.6.Mier.in tract.maior. in initio 3.partis n.11.ad fi.vbi plures allegat Azeued.alios plures referens in l.8.tit.7.lib.5.nu.25.tam contrariæ, quam huius opinionis autores.

* Ad nu.194.ibi.) Competit ſucceſſori maioratus contra tertiũ detentatorẽ rerũ interdictũ,&c. Quod interdictũ ei cõpetere affirmat etiã Guid.Papæ deciſ.delfinatus 552.col.2.Guiliel.Bened. in repeti. c.Raynun.verbo, mortuo, itaq; teſtato.el 2.n.72.de teſt.Carolus Ruynus.conſ.18. in fin.lib.1.Tiraq.in tract.le morte 1.declar.6.p.vbi neminẽ ex ſcribentibus dicere aſſerit Caſſan.Burgun.rub.7.§.1.nu.7. Boer.in conſuet.Bituricẽ.tit.de teſta.§.6.gl.1.Couar.lib.3.reſol.c.5.n.6.verbo, itẽ & hic poſſeſſor, vbi hanc aſſerit cõmunẽ Palac.Rub.hic nu.27.Greg.in l.7. gl. magna, verbo itẽ, & huic poſſeſſori tit.4.p.5. Mol.lib.3.de primog.c.13.n.6. Mieres in tract.maior.in initio 3.partis n.11.verbo competit.

* Ad nu. 194.ibi.) Et ratio eſt, quia nunquam dicetur ille tertius detentator deſiſtere,&c. Hãc rationem tradit gl. optima in l. male agitur C.de præſcriptione 30. vel 40.annorũ quam ibi ſequuntur Cyn. Baldus, Salicetus,& cõmuniter doct.

* Ad nu. 198.ibi.) Itẽ circa iſtã legẽ vtiliter & neceſſario quæro an ſucceſſor maioratus,&c. De iſta quæſtione, vide Molinam lib.3.c.12.n.12.Greg.in l.7.tit.4.p.5. verbo, poſſeſsion, Matien.in l.8.tit. 7.lib.5.gl.6.nu.2. Tiraq.in tract.de morte.4. p. decla.3.n.17.AEgidiũ Boſsiũ qui in decreto Mediolanenſi loquitur in titul.de princip.& eius priuileg.n.297. Anton.Gabr. lib.5.cõmu.opinionũ.concl.9.nu.22.

* Ad nu.199.ibi) Et certe dico quod ſic, arg.tex.qui eſt moralis & notandus, &c. Vide Molinã idem docentẽ de primoge, lib.3.c.13.nu.71.Matien.in l.9.tit.7.lib.5.gl.1.n.2.Couar.in practicis c.17.n.5.& in ſimili caſu vide Pariſium conſil.41.col.4. verſi.nec audiendi.n.16.lib.1.conſil.Tiraquel.in tract.de morte 6.p.declar.9. pag. 276.Mieres in tract. maioratuum 3. p. q. 7.per totam.

* Ad nu.199.ibi.) Ita etiam erit permiſſa ſequeſtratio rerum,&c. Cõfirmatur etiã quia ſi in ciuili & pecuniaria cauſa dispo-

nitur

nitur melius eſſe ante tempus occurrere quam poſt vulneratam cauſam remediũ quærere, vt in l.fi.C.in quibus cauſis reſt. in inte. nõ eſt neceſ. ergo à fortiori in hac graui & criminali rurſus etiam confirmatur, quia offenſus qui iniuſte alium reum offendit timens ab offenſo iniuriam & offenſam poteſt apud iudicẽ petere cautionem idoneam, cum fideiuſſoribus de non offendendo, vt in l.denunciamus, verſic. nam ſi quis C.de his qui ad eccleſiam confugiunt, & ibi notant & commendant doctores, de quo latius dixit in materia delictorum dominus meus in c.6.de iniuria num. fin.

* Ad numerum 200. ibi.) Breuiter & ſimpliciter repetere probationem ſuper dicta poſſeſsione, &c. Itaque ad remediũ interim dictum deuenitur, de quo videas Couar. practic. quæſt. cap. 17. & Matiençum in ſtilo cancelariæ tit.3.c.1.§. 27. gl. 4. vbi vndecim differentias inter hoc remedium & vti poſsidetis tradit: hoc autẽ remediũ quod per tenuta, ſeu actuali poſſeſsione rerum maioratus conſequenda ad noſtræ l.45. executionẽ conceditur in prima inſtantia, apud iudices ſupremi cõſilij infra quinquaginta dies terminari debebat, in gradu vero ſupplicationis intra 40. & eo iudicio finito cauſa ad regios cõuentus remittebatur, quoad poſſeſsionẽ & proprietatem deducẽda, hodie autem hoc iudicium interim non eſt omnino, ſine remedio ex l.45. cõpetẽte cũ in eo non ſolum, de tenuta, ſed de vera poſſeſsione agatur, & ſola proprietatis cauſa ad regios conuentus remittitur, ex l. 10. tit.7. libr.5. recop. quam vltra Matiençum ibi, late explicat Molina lib.3. de primoge. c.13. per totum.

* Ad nu. 200. ibi.) Sed teneo quod iſta practica & concluſio ſit optima & vera, &c. Huius autẽ praxis autor fuit Iacobus Butri. in l. incerti. C.de interdictis. quem ſequuntur Baldus in l.ordinarij n.9. C. de reiuendicat. & in l.fi. nu.10. C.de edict. diui Adriani toll. Caſtrenſ. cõſ.3. lib.2. & plures alij relati à Couar. practic. quæſt. c.17. à nu.1. Menochio de recup. poſſeſſ. in præludijs nu.24. & ſequentib. Et de retinenda rem. vlt. ex nu.1. Sarmien. lib.2. ſelectarum c.13. num.9. & hoc iudicium alij prę paratorium iudicij poſſeſſorij principalis alij ſummariſsimũ poſſeſſorium appellãt Galli recedẽtiam, vel caſum nouitatis Hiſpani interim, ò entretãto, vt ex varijs obſeruant Menochius d. rem. vlt. retinendæ ex num.3. Couar. vbi ſupra. veteres autẽ hoc iudicium vinditiarum appellant, vt ex Cicerone Aſconio Pediano obſeruãt Budeus in l. 2. de origine iuris Alex. ab Alexand. lib.6. genialiũ dierum c.10. Alciatus lib.1. Parergon. c.9. & libr. 6. c. 24. Othomanus in §. appellamus inſt. de interdictis. Rebardus ad leges 12. tabularum c. 12. & plures quos refert & ſequitur Menochius de recuper. in præludijs num.31. & de retinenda rem. 3. nu.8. & remed. vlti. nu.10. ex quibus venit intelligendus tex. in l.2. §. cum placuiſſet, ibi vindictias filiæ ſuæ, à ſe abdicaſſe. ff. de origine iuris.

## *Ad l.46. quæ hodie eſt l.6. titul.7. lib.5. Recopil.*

VIde Sarmientum libr.5. ſelectarum c.4. vbi latiſsime Ioannem Garciam de expenſis & meliorationibus cap.13. & Burgos de Paz, in quæſtionibus ſuis q.6. per totam, & Perez in l.1. tit.2. lib.5. ordinam. col.122. cum ſequentibus & Pinelũ in l.1. C.de bon. mater. 2.p. n.71. & Molinã de primogen. lib.1. c.25. n.14. & 17. qui omnes eam iuſtificare conantur, & vide de ampliationibus, & limitationibus noſtræ legis, Burgos de Paz in quæſtionibus ſuis, q.6. ad fin. & q.7. & 8. per totam, & poteſt hæc lex confirmari ex traditis à Pinelo in l.1. C. de bon. mat. 2.p. n.71. videaſque Menochium lib.2. centu.3. caſu 215. Gutierrez lib.2. quæſt. q.81.82.83.84. & 85. cum alijs quos referunt.

* Ad nu.1. ibi.) Primũ eſt, quod ſi poſſeſſor maioratus fecit ædificia vel ſumptus, &c. Sumptus vel ædificia facta in bonis maioratus, tribus tantummodo caſibus à noſtra lege expræſsis non poſſe recuperari ab hæredibus predeceſſoris in hiſque ſolum eius deciſionẽ vigere ſcilicet cũ in mœnijs aut in fortalitijs aut in domo prẹcipua ipſius maioratus ædificia ſeu ſumptus fiunt: in alijs autem caſibus ea recuperare poſſe tenet Gomez Arias. in l. 44. Tauri verſiculo aduerte nu.40. dicẽs ita fuiſſe iudicatum in ſupremo conſilio. & Matiençus in l.6. tit.7. lib.5. recop. glo. 1. n.1. & 2. & gloſſ. 3. num. 11. Burgos de Paz in quæſt. ſuis quæſt.7. n.17. Aluarus Velaſcus de iure emphyteutico. quæſ.25. num.29. Pelaez in tract. maioratus. 4.p. q. 33. num. 3. Burgos de Paz Senior. conſ.3. num.109. lib.1. & ſecundum hanc opinionem iudicatum fuiſſe affirmat Ioannes Garcia de expenſis & meliorationibus. cap.13. num.45. ſicque legem noſtram vt correctam ſolum intelligendam in debito contractũ ratione ædificij vt ſucceſſor maioratus id ſoluere non teneatur, inquit Didacus Perez in l. fin. tit.4. lib.5. ordinamẽti. pag.168. col.2. contrariam tamen ſententiam, ſcilicet legem noſtram procedere in ſumptibus ſeu ædificijs factis in alijs quibuſcunque rebus maioratus cum domino meo tenet Palacios Rubeus hic, & Caſtellus Ioannes Garcia, vbi ſupra dict. nu.45. dicens ſic fuiſſe iudicatum cum Molina lib.1. de primogenijs. cap.26. num.25. & Pinelo, in l.1. C. de bonis maternis. 2. nu. 61. hancque ſententiam tanquam probabiliorem non ſemel in ſententijs amplexã teſtatur Molina dict. num.25. qui latè eã defendit & Azeuedus in l.6. tit.7. lib.5. recopil. num.2. & vide Matiençum ibidem gloſſ.1. per totam. & Velazquez de Auendaño hic gloſ.6. per totam.

* Ad nu.1. ibi.) Dicendo eã iniquam & contrariã iuri & æquitati, &c. Idem ſentit Gom. Arias in l.40. n.28. & in terminis noſtræ legis Palaciũ Rubeũ ſequitur Caſſan. in conſuet. Burg. rub.4. §.13. n.6. verb. aduerte tamẽ Coua. in 4.2. par. c.7. §.1. n.9. verſ. ſecundo ex his. & expreſsius Menchaca de ſucceſſ. creat. lib.1. §.1. n.13. verſ. redeundo: & idem etiam videtur tenere Burgos de Paz conſ.3. n.106. 1. par. dicentes omnes duram eſſe hanc legem.

